¶ Utrum cecitas mentis sit Peccatum; Ponit doctor triplicem modum cecitatis, Primo modo est naturale vitium, 2.° est pena peccati 3.° modo est peccatum. Primo modo sunt ceci mentes sed quod aliquis nascatur ignorans est pena peccati quia si perseuerassemus in statu innocentie fuissemus instructi a deo, ¶ 3.a vero cecitas est non aduertere ad principia per que illuminamur a vita xpiana ut qui non habet Charitatem quia non aduertit ad illud principium si linguis hominum loquar et angelorum Charitatem autem non habeam nil sum; et quod isto modo non intendat continget 2.r et utroque modo est peccatum. ¶ Dubium est morale quomodo ista cecitas est peccatum quia vidimus quod nunquam aliquis confitetur de isto peccato et quid aliud est ista Cecitas quam ignorantia? nam videtur quod idem sit et si circa idem videtur superflue agere de illa modo quoniam alibi tractabit late de ignorantia, ¶ Respondet quod hoc facit ad declarandam vitam sanctorum et Primo quia beatus gregorius Ponit distinctionem inter Cecitatem et hebetudinem vel ignorantiam 21.° moral. et non dico quod differentia est inter Cecitatem et ignorantiam nam stat aliquem virum sapientem ex passione male agere tamen ille non facit ex ignorantia sed ex inadu~~ertentia~~ertentia Pariformiter dico quod quando aliquis ignorat ea que necessaria sunt ad salutem illa dicitur ignorantia, Cecitas tamen mentis ut dixi non est ignorantia sed inaduertentia eorum que non ignorat, sed quando aliquis scit quod tenetur audire missam tamen per aliquam occupationem non aduertit ut propter eundem tunc est Cecitas mentis nam ille vnum scit habitualiter et ideo non est ignorantia et si dicas nemo confitetur Dico negando hoc nam et si sub his verbis non confiteatur. s. peccaui cecitatem tamen semper aliquis confitetur pro peccatum quia primitus ludo non aduerti ad missam ire // Dubitatur 2.° utrum si aliquis ex aliqua occupatione siue naturali siue voluntaria non aduertat

ad preceptum et omittit utrum sit peccatum illa occupatio
incompossibilis ad impletionem precepti v. g. si studui tempore
quo tenebatur audire missam et non advertit nec audivi An
ille actus studij sit peccatum? Primo dictum. Dico quod dupliciter
contingit quod aliquis ex aliqua occupatione non advertat ad precep
tum. Primo quia impossibile est quod pro tunc advertat ut si
quis dormiat tempore quo tenebatur surgere ad horas matu
tinas. Dico tunc quod pensandum est ex parte causae nam si occu
patio est peccatum omissio precepti est peccatum et si occupatio non
est peccatum omissio non est peccatum v. g. de illo qui cum sit re
ligiosus qui ibit cubitum hora 5ª consueta et tempore ma
tutinali non fuit excitatus et propterea non ibit et propterea non
est peccatum quia causa quare iste non adimplet preceptum non est
peccatum; si tamen iste ibit cubitum tempore consueto et postea
non surgit illud est peccatum nam si quis tota nocte ferme lusit
et postea cubuit et in matutinis dominica antequam excitaretur
dicta est missa tempore consueto dico quod est peccatum tunc non
surgere quia causa omissionis tunc est peccatum quia tenebatur tunc
non dormire, ¶ Dico tamen 3º quod si aliquis tempore insueto
iuit dormitum et postea propterea non fuit excitatus nec iuit ad
missam tunc illa omissio et ire ad dormiendum non est nisi
tempore intempestivo. unum peccatum, Dico etiam quod dato quod quis luderet et propterea
non iuit ad missam quia non advertit si illa causa est peccatum si
ludus etiam omissio et si occupatio est venialis omissio venia
lis tamen debet intelligi hoc modo dum est mere naturalis non stata
liquem ludere et per suam negligentiam non advertere quod oportet
ire tunc ad missam et tunc omissio est mortalis licet occupa
tio venialis sit, Sed Graurus ¶ utrum si aliqua sit occupatio
quae stante impossibile est adimplere preceptum tamen si inter se

occupat. Utrum talis occupatio sit peccatum, Quando de omissione
precepti tunc non est dubium nisi quod est peccatum sed ultra
illam utrum occupatio sit novum peccatum, ut est mihi incon
veniens studere quia debeo agere repetitionem et est tempus mis
se et tenor tunc audire missam. Utrum si tunc propter illud
studium relinquo missam, utrum illud studium sit peccatum
quia de omissione est, non est dubium quin sit peccatum cum scien
ter ommittam, Dico quod si illa occupatio studij sit causa relinquendi
missam vel aliqua similis occupatio dico quod talis occupatio licet
de se non sit mala. Sed quia est causa moraliter est peccatum. Talis occu
patio est non solum omissio precepti est peccatum mortale sed etiam
illa occupatio est mortale peccatum secundum omnes. ¶ 2° dico quod
occupatio potest se habere aliter s. non causaliter sed concomitanter ut
nolo ire ad missam quia non habeo bonam togam et interdum di
missa studeo, illa occupatio studendi an sit peccatum quia illa
est in precepto audiendi missam, Dico quod talis occupatio stude
di quia non se habet nisi concomitanter non est peccatum nec dubito de
hoc et ita dico quod si aliquis dicit ego nullatenus ibo ad missam
quia nolo tunc si aliquis consulat ergo interdum stude licitum est illud
tunc consulere nec de hoc dubito quod tunc non consulit malum sed
bonum et Ad argumentum quod sit contra ex illo sequitur peccatum
ergo est peccatum distinguo antecedens causaliter nego concomitanter conce
do Quapropter dico quod occupatio quae solum est concomitans omissi
onem precepti non est peccatum quia ejus adimpleri sit incorporalis
unde tamen illa occupatio quae causaliter se habet ad omissionem est peccatum
¶ Sed arguitur contra istum articulum et sequentem sequitur quia quod
non habet dona opposita istis vitijs quod habet ista vitia et ista pecca
puta cecitatem mentis et hebetudinem, sed dona his opposita sunt
intellectus et sapientia et ista solum sunt in habentibus gratiam ergo cecitas

& hebetudo sunt in omnibus peccatoribus quod est inconveniens
sequela patet contraria sunt & in subiectis contrarijs. Ri quia
aliquis non dicitur habere cecitatem mentis quia non penetrat ea que
sunt peculiaria ad salutem sicut penetrantes per intellectum
vel scientiam nam sunt existentes in gratia dicuntur penetrare isto modo
ea que sunt necessaria ad salutem. Sed peccator dicitur habere ce-
citatem mentis quando non advertit ad ea que intelligit habitu-
aliter ad ea que lucem naturalem & per fidem possunt cognoscere.

Artic 2.

Utrum hebetudo mentis sit aliud vitium a
cecitate. Prima conclusio quod hebetudo & cecitas men-
tis differunt. 2a conclusio quod utrumque est peccatum, sicut ergo
diximus quod quando aliquis non advertit vel occupatur
occupatione mala tunc ista cecitas est peccatum sic de he-
betudine dicit quod quando aliquis parum advertit & fer-
me nil ad ea que spectant ad salutem peccat hebetudine
sed quia dicit quod cecitas & hebetudo opponuntur intellectui
dubitatur quid igitur opponatur scientie dico etiam quod ista. 2o
Nam qui male intelligit male etiam iudicat & quia intellectus
ponitur ad penetrandum spiritualis vero scientia ad iudicandum
quod hebetudine & cecitate est infectus sicut non audientis male
aut parum penetrat ita etiam male iudicat.

Articulus 3.

Utrum cecitas mentis & hebetudo sensus oriun-
tur ex vitijs carnalibus. Doctor ponit conclusionem
quod cecitas oritur ex luxuria hebetudo autem ex gula. Probat
egregie. Dubitatur circa conclusionem an omnes millicitatus
his vitijs scilicet luxuria & gula habent cecitatem mentis &
hebetudinem sensus & videtur quod sic quia oriuntur ista ex illis

Actio . 3 . lis . 15 .

in Corharum é th quia nunq̃ homo conſtituit n̄ q̃ habe
nnitia, ſ non th meminit q̃ habit Ceſtatim ℥ ſta de quib
g̃ nota ſunt eſſe, ꝛ̃ dnatione mis ℥ Pathodoro q̃
non op̃ q̃ ſit endoxa hoc ſ ſequit. n ſunt bchos ſ in luxania
℥ n̄ ſunt actiuh Circa alia q̃ pertinent ad ſalutem ℥ ꝛ̃
deo q̃ regulariter hoc é q̃ q̃ implicant ſ̃ Bonis ſunt Cecin
mediate ℥ Malis in forma ſpecialis ℥ Dochedat q̃ delectab
applicatur in ſenſione ad cam Quia non delectat quia
ex poſtemabio ꝛ̃ Plurabus intellectis ſ̃ ſ̃ rerum aliquis poſſet
Plura intelligere ſimul ℥ ſ̃ cognoſcere de bonis ℥ de malis, ſ
regiſt. in Poſterior. dicit q̃ Continuit ſcire Plurima, vt ena
thematicam Dialecticam intelligere ñ omnia Quia ſcimus
Plura nobis intelligimus omnia actuale quidem ex tha ſ̃ di
cunt q̃ impoſſibile é intelligere Plura nis ſ̃ per modum omnis
ita ℥ quando ego intelligo hoc ℥ animal hoc ſ̃ modum
omnis agendo omnia tamen ſ̃ homo é alia ℥ n̄ q̃ non
poſſum intelligere plura per modum pluriū. ſta q̃ hominem
℥ leonem n̄ poſſunt perfecte ſumptos ſimul intelligere q̃ do
cendum ſ̃ q̃ intellectus poſſit intelligere plura actum diſparata
Nam poſſum ego Plura agnoſcere ſi hominem ℥ lapidem poſ
ſum ſimul videre q̃ ℥ pariformiter intelligere. p3 coma qz
intellectus n̄ compatior é Sed obiicit ſecunda Nam exterior q̃ int
rior ℥ ꝛ̃ dicit q̃ Plures intellectiones impediunt ſe inuicem
ita q̃ ſi aliquis intelligat vnum ſolum perfectius intelligit q̃
Plura Sicut ſi ſunt Caloꝛ ℥ frigus ſimul imperfectiora ſut
in illo ſubiecto q̃ ſ̃ fiet ſolus caloꝛ vel ſolum frigus in alio
ſubiecto ℥ ad Priſtot. dicit q̃ quando dicat intelligere
vtrum vnum debet intelligere diſtincte ℥ perfecte nam ſicut di
cunt philoſophi q̃ Caloꝛ ℥ frigus non poſſunt eſſe ſimul debet alii

lligi in eo perfecto. Quia in gradibus remissis non possunt vi-
q. q. intelligere plura per modum unius non intelligamus illa
perfecte ut patet ex verbis Aristot. et sic vero q. sententia Aristo.
non differt a sententia Thomistarum. Dico q. Perfecte possumus inte-
lligere Plura per modum unius. Quia per modum unius non
se impediunt invicem lz. Plurima per modum plurimum bn
impediunt se et omnes Perfecte intelligunt. ¶ Dubitatur
utrum qui laborant vitio luxurie sint omnes Ceci et omnes
qui vitio Gule habentes. Nam videmus q. Carnales non
omnes Confitentur de Cecitate. Nec gulosi de hebetudine.
¶ Similiter ut diximus 1a 2e q. ex Aliquibus vitiis capi-
talibus Aliquando oriuntur Alia vitia Aliquando non
ita in istis vitiis Aliquando Aliqui sunt Carnales qui tn
attendunt ad spiritualia intelligentia. ¶ 2o dico q. re vera
semper Carnales non attendunt ita nec intelligunt. Nec gu-
losi sicut si non haberent illa vitia. Nam qui multum man-
ducavit etiam etiam Tunc non acta intelligit spiritualia sicut
Ante. Hoc idem dubium diximus //

## Questio 16. de Preceptis Pertinentibus ad predicta 5. fide intellectum et scientiam,

¶ Artis 1o Utrum in lege veteri debuerunt dari
Precepta Credendi. Prima Conclusio q. in veteri lege non
fuit Preceptum de primo principio fidei Puta q. deus est et probat egre-
gie. 2a Conclusio q. est differentia inter legem novam et veterem
q. non debuerunt dari precepta in veteri lege de particularibus
redibilibus. ¶ R. Queritur 8 Thom. dicit q. in veteri lege non
erat preceptum de fide unius dei. Contra in veteri lege erat
Preceptum de fide nam qui non Credidisset deum esse peccasset

Peccasset tunc et nullum est peccatum nisi contra preceptum ergo
erat Preceptum de fide. Conia quod peccaret etiam confirmatur
quia illud Quod Paul. dicit ad hebreos 11º accedentem ad
deum oportet in omni lege erat necessarium scilicet Credere esse unum
deum et etiam doctrinam Qui 2 ar. 5 expresse dixit quod pro omni
etate et omni tempore fuit necessarium credere ita quod qui non
Crederet peccasset non credendo deum esse; Respondeo quod
omnes tenebantur credere in veteri lege quod deus est et quod qui non
Crederet tunc peccabat et quod illud erat contra Preceptum legis
naturae non tamen contra preceptum veteris legis et hec videtur
esse mens doctoris, sed non sufficit dicere quod erat preceptum naturae
Credere. Quia isto modo Precepta decalogi non essent precepta
veteris legis et ideo dico quod S. Thom. vult dicere quod illud
Preceptum de Credendo scilicet audi Israel etc. et alia comprehendantur
inter precepta preambula et idem dicit S. Thom. q. 22
art. 1º quod preceptum quod erat in veteri lege de Credendo pre
ambulum legis non tamen de substantia legis. ita quod preceptum pre
ambulum non ponebatur per modum precepti sed per modum ad
monitionis ad Credendum ut sunt illa exod. 2º non habes
deos alienos et Deutero. 6. Audi Israel ~~dominus~~
etc. Que omnia sunt de fide preambula ad legem. 2º dubitatur
utrum in noua lege sit preceptum quod credamus unum esse
deum. Quia doctor solum videtur negare in veteri lege hoc et
videtur quod sit. Quia ideo dicitur lex fidei et non factoris sicut
dicit Apostolus in Contrarium est Quia deum esse presupponitur
in noua sicut in veteri. Rx quod nec in noua sic nec in veteri
non est preceptum de fide unius dici sed presupponitur et ideo non
est differentia inter illam et istam nisi quod in ista noua sunt tradita
precepta de credibilibus particularibus Non tamen in veteri

q in noua p3 ex illo Joann 14. Creditis in deum et in me cre
dite ex quo dicitur in me credite datur preceptum peculiare de cre
dibilibus particularibus post preambulum s. creditis deum q
presupponit. dico m. q in noua lege sunt Pauci s. precepta de
fide, in veteri vero nulla nisi de factis. Sed Contra in ve
teri lege tenebantur Credere Totam scripturam sacram
et prophetias et tenebantur habere fidem explicitam de messia
ita q si non Credidissent Peccassent mortaliter et essent infi
deles et heretici. Sed non tenebantur illa Credere Juris
nalis q. Precepta veteris legis. Rco q non e dubium
nisi Cum s. s. loquti sunt prophete q tenebantur eis cre
dere scripturam sacram. Tn vt s. diximus Nos tene
mur Peculiariter Credere Articulos. omnes propositiones
vero virtualiter ita q lz ignorare illas alias propositiones
scripture sacre ita etiam in veteri lege licebat ignorare scrip
turam sacram. lz no oppositum tenere Nec discutere
liceret Alicui loco sacre scripture illis sic nec nobis licet,
2o Dico q quedam sunt q per se cadunt sub fide quia
vero Per accidens illa q sunt Credibilia de Diuinitate sunt
de per se sub fide et illa tenebantur Credere, sed historias
non quia de per accidens Cadunt sub fide lz non possunt
oppositum tenere, Et vel dicemus Resolutorie Cum ca
ietano hic in solutione ad 5m q de articulis fidei et de Sacra
mentis Non fuit aliquod Preceptum in veteri lege de
alijs aut minus Principalibus fidei no inconuenit. Et ita q
Sicut Dicebamus in 2a 2e q in lege noua Nullum e precep
tum quod non sit Preceptum legis nature nisi Preceptum de
fide et Precepta de Sacramentis q sunt Protestationes
fidei et ideo vocatur a Paulo lex Nature lex fidei

Quia propter precepta Juris nalis non sunt in ea nisi precepta de fide et de sacramentis Protestatis ecclesia, Addit pauca precepta Que conveniunt ad Gubernationem populi xpiani, //

Articulus 2°

¶ Utrum in lege veteri Convenienter dentur Precepta Pertinentia ~~ad intelligentiam als~~ ad intellectum et scientiam, Dicit doctor quod est Preceptum de scientia et intellectu in lege veteri, Contra Ut quod quicunque est in peccato mortali Peccat etiam quia non habet sciam et intellectum ideo frangit preceptum de scientia et intellectu, Ri quod preceptum de scientia et intellectu, non est preceptum obligans sub pena peccati mortalis semper sed sub veniali vel mortali et ideo dicendum quod forte ita est quod qui Peccat aliquo Peccato mortali peccat et saltem venialiter Non habendo intellectum vel scientiam ex negligentia ad Consequendam salutem, 2° dico quod et si in dubio sit Preceptum de scientia et intellectu in non Requiritur quod Quando habemus Precepta de Particularibus non Requiritur nunquam quod Adimpleamus illa precepta Per illa dona et illas virtutes et ita licet sit preceptum de intellectu et scientia an non requiritur quod adimpleamus illud preceptum habendo illa dona sed saltem intelligendo in illis donis ita quod sufficit ad non frangendum illud Preceptum advertere et intelligere ea Que sunt necessaria ad salutem et hoc pot adimplere existens in Peccato Quantum ad substantiam actus et Ad nihil Aliud obligatur //

De spe de qua magr in 3° d. 26 Magr Ponit propositiones 1ª est spei diffinitio est spes est Certa expectatio futurorum vel future etc. 2° quod est spes de invisibilibus, 3ª quod fides de bonis et malis spes de bonis. fides de Preteritis

& futuris spes solum de futuris, 4a Propo q in xo non fuit spes, 5a q in patribus no fuit spes,

## Questio 1a de spe. Articulus 1us

Utrum spes sit virtus? Conclusio e affirmativa. Conclu e q spes e vera virtus quia attingit primam regulam qe ipe deus. Primo dubitatur quomodo spes attingit regulam, qe ipe deus. Nam si tanqz obm per blasphemiam attingit deum ut obiectum tn blasphemia non e virtus si vitium igr ratio nulla. Dico 1o q sic ut illud attingit ronem quod e conferre legi & dictamini ronis sic ille attingit deum qui e conformis legi divine. & quia deus promisit se daturum beatitudinem ut in multis locis dicit non sm opera justie que fecimus nos sed sm misericordiam suam & is ideo qui sperat hoc quod deus promisit aliquid ponendo pro medio s merita sua ille attingit spe deum quia fit conformiter ad legem dei. Item cum spes dependeat totaliter a deo ut s. Thom. artlo 4o & 5a hujus qis dicit & quia ab ipo nil malum e spes virtus e 9. durandus in 3o d 2 q 6 q 1a sic dixit de fide 3o d 23 q 6 e qui differt ab alijs dicendo q spes non perfecta virtus na virtus facit actum perfectum. Actus aut spei inquit e dimidiatus & imperfectus quia speramus que oculus non vidit, nec in cor hominis ascendunt, Coes tn doctores alij dicunt qe una de perfectissimis virtutibus & multo perfectior virtutibus moralibus, & ad argumentum durandi rit s. Thom hic in respon ad 3m unde doctor dicit in summa q quando arist.

Aristot. dicit q virtus facit actum perfectum non debet intelligi perfectissimum, sed attingentem regulam suam et quia spes attingit regulam suam perfectissime in suo genere pro isto statu e virtus. ¶ Sed circa id quod dicit d. thom. q ubicunque e actus bonus e correspondens virtus humana quia volo ee felix e bonus actus quia naliter aliquis inclinatur ad volendam suam beatificationem g° bonus? Sz nulla virtus correspondet ei. Nam quando e sufficienter homo inclinatus potentia ejus ad aliquem actum tunc non generatur habitus qui sit virtus quia ad generationem virtutis requiritur difficultas et quia ubi e sufficiens inclinatio no e difficultas et ro videtur q non correspondet virtus. ¶ Et confirmatur sm s. thom. in voluntate sunt virtutes morales que solum sunt circa bonum proprium et ro e quia volens non patitur difficultatem circa illa quia nulla e difficultas q voluntas vellit sibi ee. ¶ Item bn nulli comedere velle. et etiam pot ee nullus talis actus volo comedere et tn non opz q illud sit in voluntate lz bn in appetitu et cum ille actus sint boni sequitur q non ubicunque sunt actus boni correspondet virtus humana ¶ Respondeo q licet ille actus sit bonus volo beatificari tn distinguendum e de actibus moralibus quidam sunt ppr quos laudamur ut datio eleemosyne. Alij sunt universales actus propter quos non laudamur ut e actus quoquis sperat beatitudinem talis actus e et quo vult suam ee qui quidem actus no e perfecti bonus ad hoc q homo laudetur ppr illum actum licet sit bonus prout distinguitur a malo et quia dictum s. thom. intelligitur q ubicunque e actus humanus ppr quem oppz hominem laudari, tunc e virtus humana respectu illius ideo ejus dictum e verum ¶ 2° dico q quando

dicitur actui bono correspondet virtus humana Dico quod
verum est quando subiectum est capax quia patitur difficul
tatem et quia velle beatitudinem est habens aliqua difficul
tatem quia ad illud attingendum requiruntur media ideo dice
dum quod illi actui correspondet aliqua virtus et dico quod quamvis
non ponitur virtus ad volendum beatitudinem in universa
li quia nulla est ad hoc difficultas tamen quia difficile est sperare
beatitudinem nostram in deo existentem ideo in nobis ponitur
virtus spei. ¶ Dubium est utrum spes consistat in medio
Scot. in hac d. 26 in 3 sententiarum disputat hoc unde
dupliciter potest aliqua virtus medium habere uno modo ex parte
obiecti et isto modo virtutes morales habent medium ut
temperantia habet medium ex parte obiecti comedendo de epulis
sibi conveniens pondus et habet extremum ex parte obiecti
summendo sine excessum vel deffectum et isto modo spes non
dicitur existere in medio nec in extremo non enim potest dici
aliquem male sperari quia speret malum aut parum sed
solus deus est obiectum spei, alio modo virtus habet me
dium et extrema ut quando aliquis existens in peccatis
suis speret beatitudinem et in hoc quod agat penitentiam vel quando
nullam habet spem salutis sed si speremus beatitudinem per auxili
um dei et interpositis meritis dei sic non habet excessum, si faci
amus quod opus fieri ex parte nostra, sed tunc erit actus meritori
us de hoc vide Caietanum quaestione hac art. 5 ad 3m.

Articulus 2.

Utrum obiectum spei sit beatitudo eterna

Conclusio est quod obiectum spei est vita eterna, Dubium est de
qua beatitudine intelligit doctor cum duplex sit beatitudo
quedam obiectiva quae est ipse deus, alia formalis quae

visio ipsa que non est ipse deus et ut quod loquatur de forma
li ex eo quod dicit quod Debemus sperare vitam eternam
que est gloria et visio. in contrarium est quia ipsa quod obiectum
virtutis theologice sit ipse deus. Dico ad hoc quod beatitudo
formalis que est visio est immediatum obiectum et ipse deus est
immediatum obiectum. Nec sunt duo obiecta, sicut enim
istorum actuum desidero pecuniam et desidero habere pecuniam
et ita desidero deum et desidero habere deum idem est obiectum
istorum et sic idem est obiectum et unum est obiectum spei et
sic beatitudo eterna est principale obiectum spei et immediatum
sive beatitudo capiatur pro deo sive pro visione
dei principale inquam quia minus principale et mediata obiecta
spei sunt etiam alia ut surrectio corporum et eorum
glorificatio. Sed dubitatur quia dicit quod beatitudo consistit
in fruitione cum in 1a 2e dixerit quod in visione ut quod contra
dicat sibi, Respondent aliqui thomistae quod quia hic non trac
tabat principaliter quod non habuit curam vel quod concomittantur
quando consistit in fruitione, sed primum hoc non sufficit
quia in eodem libro curasset et sequi sententiam idem autem est
liber 1a 2e et 2a 2e et ideo dico quod idem est dicere frui re quod
consequi rem et ita frui vino est consequi vinum et ita sic con
sequamur deum videndo oculis oculi fruuntur deo et sic
amplectendo brachia fruuntur et quia sicut diximus quod frui
tur gustus vino desiderato per voluntatem ideo volun
tas fruitur vino per organum gustus et sic dico quod frui deo
non est deum velle, nec frui est actus voluntatis sed ut
dixi fruitio est assequutio rei sive per manus sive per oculos
sive per aures et per quamcunque potentiam aliquid
teneamus illo fruimur quia ut diximus 1a 2e frui aliqua

re. Non est aliud quam habere illam et consequi illam
cum delectatione sive consequamur illam per actum vo
luntatis sive non. Unde voluntas dicitur frui musica per
auris; sed dico quod visio latine loquendo est fruitio quia
est consequutio obiecti sm. s. Thomam cum delectatione. Tamen
si per oculos ego consequerer Dominum visio illa est fruitio
verum est quod fruitio est actus voluntatis sed est actus per quem
consequimur obiectum. Tamen dicit ordinem ad voluntatem
quia ipsa est quae fruitur dato quod fruatur per actum alterius
potentiae. Sed quia doctores dicunt quod obiectum spei est bea
titudo nostra cum sit bonum infinitum quomodo ergo unus
beatus ~~habitus~~ est altero beatior, sequitur ex hoc quod omnes
beatitudines erunt equales quia unum infinitum non est
maius alio. Sed ergo beatitudo eterna est infinita sequitur
quod omnes beati habent equaliter de beatitudine, Respondet s. Tho.
1. 2. q. 5. ar. 2o in solutione ad 2m quod beatitudo potest con
siderari ex parte obiecti et sic omnes habent equaliter quia infi
nitum deum, alio modo potest considerari ex parte modi
habendi quia unus videt deum perfectius quam alius
et ideo est beatior alio. Dubitatur circa id quod
dicit quod spes est de eterna beatitudine. Tamen spes sit solum
de illa, videtur quod sic. Contra possumus habere spem de aliis
rebus. Dico quod hic solum loquitur de spe theologica et etiam
illa est propria spes quae sperat aliquid arduum ad
attingendum et ideo respectu istius spei scilicet beatitudinis
aliae spes non sunt propriae spes ego enim non patior
difficultatem per hoc quod sperem me hodie comesturum et
ideo tempora respectu vitae eternae nullius videntur diffi
cultatis ideo spes proprie est respectu beatitudinis eternae

¶ Articulus 3. Utrum possit sperare Beatitudinem eternam Alteri. Con. e q. Alteri sibi unito per amorem bene pot. Quis sperare licet non unito per amorem et ita pr. sibi sperat filio bonum lz non inimicus inimico possit sperare et quia omnes proximi sunt nobis diligendi sicut nos ipi. ideo nos dicimur sperare beatitudinem et proximis nris. Scot. in 3. d. 26. movet questionem utrum possimus sperare alijs et relinquit in solutam. Almain in moralibus cap. de spe tenet cum s. Thom. dicit q. possumus sperare alijs et non reddit rationem lz s. Thom. reddat rationem quibus possumus rationem dare. et quia sperare e desiderare. Non dicit q. speramus bonum nobis et proximis et probatur quia ex charitate tenemur diligere non solum nos ipos sed proximos et diligere proximum ex charitate. Non e nisi velle ei bonum sz principalius debemus desiderare eis bonum spuale qz temporale ut s. diximus et cum beatitudo sit bonum spuale et maximum tenemur summis viribus desiderare illis illam et per cons. sperare et quia difficile e sperare alijs vitam eternam sicut et nobis ideo ad sperandum alijs requiritur spes infusa sicut ad sperandum nobis.

non possit

alij. ideo

Articulus 4.

¶ Utrum aliquis possit licite sperare in homine? Premisit distinctionem et dicit q. spes duo respicit s. bonum quod speramus et auxilium dei. Bonum aut illud e tanq. ca finalis. Auxilium aut tanq. ca efficiens. Prima propo. Non licet sperare beatitudinem principaliter per auxilium humanum nisi per divinum. 2a con. q. sic speramus spe alia preter beatitudinem ita etiam beatitudinem possumus sperare auxilio humano s. sanctorum

Quia Gregorius dicit q nra Predestinatio Juuatur ab illis
In articulo Precedenti tractabamus q Poteramus spe
rare beatitudinem non solum nobis sed Proximis et
dicebamus q Per eandem virtutem infusam Per quam
speramus nobis Per eandem etiam speramus Proximis et p
nam Propterea ponitur in nobis infusa Quia e arduum spe
rare et Propter arduitatem illam et dico q pari rone ppi
arduitatem q e in sperando beatitudinem proximis inundi
gemus virtute infusa Circa istum arti 4m Notandum
e q sicut dicebamus Proprie loquendo no e medium et
extremum ex in spe ita q spes sm se et sm suum obiectum no habet
medium bn tn sm nos Tn Aliquando Considera
do spem e medium et ex parte nra ita in sperando in
hoc e medium et ex nam omnium medium extremum est
q heretici noui dicunt q nullo modo e sperandum in oronibus
sanctorum lz non immediate tn no mediate et error istorum
damnatus e contra vigilantium et s Thomas de religione
ostendit q sancti possunt orari et sperari in oronibus
eorum minus Principaliter Est Aliud extremum q
sunt superstitiosi et maleficiati dicendi illi qui dicunt q
dixerunt oronem de las onze mill virgines nullo o
possunt damnari illud e superstitiosum Nam lz miru
in modum admonet nos sancti tn opz Principaliter pe
bere a deo beatitudinem sperare in deo qz gram et glori
am dabit dominus et qui vult saluari. Fuit principa
liter mandata et si delliquit Penitiat et tunc poterit
reuertere ad sanctos qui multum Juuant illos qui colunt
illos et sic tenendum e medium in his. //

Articulus 5

Utrum spes sit virtus Theologica // Con

e affirmativa Q. Cum spes habeat deum pro obiecto e vir
tus Theologica dixi in 1a 2ae Quid importet hoc nomen
virtus Theologica Nam non invenietis hoc nomen in scrip
tura sacra nec in doctoribus antiquis sed in magro solum et
in sequentibus sed Dico quod hoc importat virtus Theologica
quod e habere deum pro obiecto et virtus quae e circa deum
sanctus Thom. et non aliud Querit hic de spe nisi si e talis vir
tus, Notandum quod sicut e fides infusa et acquisita ita
quod heretici credunt multa non per fidem infusam sed per acquisi
tam ita e spes infusa et acquisita et ideo remanet dubium
circa probationem s. Thom. et ideo sic arguo quod spes ac
quisita habet deum pro obiecto. Tamen non e virtus Theologi
ca ergo minor patet quia sequeretur quod plures quam 3es essent vir
tutes Theologicae. Scot. in hac distinctione concedit quod
theologica spes acquisita e virtus quia virtus Theologica habet de
acquisito habere deum pro ob um pro obiecto ideo concedit illud Scot. Sed Caiet. dicit quod quia virtus Theologica oportet
quod habet deum pro obiecto tanquam finem vel tanquam aliquid
supernale ita quod e ad actus ad quos non possumus ex na
tura et ideo minor e virtus Theologica, spes acquisita quia
non habet deum pro obiecto supernali sed naturali quod non
sufficit quia alias metaphisica esset virtus Theologica
quia habet deum pro obiecto eo modo quo naturaliter deus
a nobis attingi potest Quod dicit Caiet. de spe acquisita
intellige tu etiam de Caritate et fide acquisitis quod sunt
virtutes Theologicae et ita intelligitur s. Thom.
Sed dubitatur Rursus spes acquisita e virtus quia
facit bonos actus, tamen non e naturalis nec intellectualis
alias nec Cardinalis ergo Theologica, Rr. sicut de fide
et charitate acquisita Q. Proprie loquendo de virtute

spe acquisita non e virtus qz de rone virtutis e q
Proficiat hentem et faciat bonos actus et qz spes ac
quisita non sufficit ad speriandum ymo beatitudinem non
e Proprie virtus sicut nec fortitudo q non sufficit ad
audendum contra hostem sine virtute infusa et vir
tutes iste spes fides charitas non sunt vere virtutes
quia non perficiunt hentem cum illis n sine infusis non
possumus hero necessaria. ¶ Sz contra Aliquis pot
sufficienter sperare spe acquisita ergo non requirit infusa
ans pznam infusa sperant sarrazeni et Judei et procu
to hent se consequturos vitam eternam et no per infusa
qz non hent illam ergo Respondet [illegible] Scot in
hac 26 d 3 et Durand in 26 [illegible] huius et
idem in p° sentiarum d 17 et Moderni cum [illegible] dicunt q no
e natura virtus spei infusse. Ad sperandum sed ad
metius sperandum, sed valde arduum e et difficile est
sperare quod occultus non videt et ideo e necessaria ad
metius sperandum no tn ad simpliciter sperandum e nece
ssaria spes infusa sm istos, ¶ Sz dico sicut s. Thom
ait q simpliciter e necessaria spes infusa. Nam opposi
tum accedit et e propinquum errori Pelagiorum ideo dico
q homo no pot sperare ~~beatitudinem~~ sine spe infusa et
probatur ex dictis illorum. Contrarij dicunt q e arduum
sperare beatitudinem ¶ Arguo sic tam arduum e
sperare beatitudinem ergo defficeremus sperando et ideo si
cut in via difficilitatis transeundi non solum ad facilitatem
pertranseundum illam indiget auxilio ita etiam non so
lum ad facilius sperandum ~~sz ad facilitatem vel facilius spera~~
~~dum~~ sz ad simpliciter sperandum indegemus auxilio spirali

sed ad simpliciter ꝑ transeundu

lz sit ita q sit possibile sperare aliquando sine auxi
llio spei infusse. Tn quia e valde difficile im possibile est
quin sepius defficeremus in sperando cum sint maxime te
tationes et ideo indigemus auxillio spiali dei et e impossibi
le per totam vitam sine auxillio spiali perseverare et
ego hic dico q in omnibus actibus in quibus ad perfectione
requiritur spialiter auxillium dei opz ponere habitum infusum
et virtutem infusam io necessaria e spes infusa; Est etiam
maius dubium ex Durando in hac d. 26 q. 2 qui dicit
q Charitas immediate het deum pro obiecto; sz q spes no hnt
n. Pro mediato obiecto deum quia immediate inquit speramus
beatitudinem creatam mediate autem et principaliter deum speramus
Sz contra videtur s. Thom. lz non exprimat et idem
expresse Marsil. in 1 Scriptur q. 3 q immediate het deum
pro obiecto et Scot. et Gabriel et Almain in hac d. 26
qui respondent sine distinctione cum s. Thom. Probat aut
Durand. quia inquit spes e amor concupiscentie. Nam cum
per amorem amicitie amemus aliquid propter se ut amo
frem propter se. s. frem amore aut concupiscientie amamus ali
quid propter aliud nam pecunias amo non propter se sed
propter me. i. sz cum per spem non amemus deum propter se ipm
quia tunc nihil differret a Charitate sz propter nos est
amor concupiscentie bonus, sz non licet amare deum amore
concupiscentie. i. propter aliud, q. sz spes e actus bonus
spes non e hens deum pro obiecto, et idem speramus quo
delectamur in pria sz in pria delectamur in visione dei q
vr quia spei obiectum sit visio dei et non ipe deus et ob
iectum spei e bonum hominis, sz bonum immediate hominis
non pot ee separatum ab homine. Nam quando aliqs
appetit bonum illud e mediante delectatione gustus sed

dere deum no e ipe
probat apertius q2

ds e separatus ab homine ita q non pot ee immediatu
bonum hominis g deus no e immediatum obiectum spei et
proprie delectamur in Pria non de deo sz de visione g idem
speramus, ans patet nam Dominati de dei privatione no tris
tantur sz de eius visionis privatione g. Durandus hec
de 1 seniarum et aliis locis citatis et multa alia que
hic citat Caietanus et Lapreol in 3 de 26 q 1
¶ Sed ad eum respondetur possemus concedere q e obm
immediatum spei deus. Nec apparet q oppositum dixerit
s. Thom. et 1a 2e q 3 ar 1o videtur ponere illam
distinctionem dicendo q Beatitudo capitur duobus modis
uno modo pro re ipa in qua ponimus ultimum finem alio
modo pro ipa consequutione ultimi finis et 1o modo est
aliquid increatum, 2o modo e aliquid creatum
et sic possemus concedere totum quod dicit Durandus
et dicere q immediate spes het pro obiecto visionem
creatam dato q principale obiectum eius sit ~~dominus~~ dei
2o et melius possumus dicere ad Durandum conce
dendo q dominus e obiectum immediate spei et ad arg
per spem non solum speramus deum sz immediate speramus
videre deum g non speramus deum sz videre deum, nego coniam
nam Rz beatitudo q e videre deum et dominus dei no sit
idem quia unum creaturae aliud creator tn
non sunt 2uo obiecta nam dico q obiectum imme
diatum spei e videre deum et obiectum immediatum
e ipe ~~dominus~~ dei sicut idem obiectum e quando desidero
videre bibere aquam et desidero aquam, ita idem est
desiderare deum et desiderare here deum et ideo di
co q sicut Beatifica visio et obiectum immediatum

spei ita et immediate deus est obiectum spei, ¶ Et ad primum argumentum Quando oppositum probat dicendo spes est amor concupiscentie Concedo, et quando ponit differentiam inter 2 uos amores nego ipsam illam differentiam sed dico quod differentia essentialis est quod per amorem amicitie dilligimus aliquid sibi et per concupiscentie alteri. Nam per amorem amicitie volo aliquid petro et sic quando ego dilligo proximum propter deum volo Proximo et non Alteri beatitudinem propter deum tamen equum et agrum volo mihi ~~alt arg agrum~~ et non equo nec agro volo ejus fructus sed mihi et hoc non oportet quod fiat propter finem ¶ Ad argumentum non licet dilligere deum propter aliud transeat Quia propter spe volumus deum immediate nobis et non propter nos et Probat Caiet. quod sit differentia inter ista duo s. Velle nobis et propter nos, nam dominus ita dilexit mundum ut daret filium unigenitum suum mundo tamen dedit illum mundo nam nobis datus Nobis natus ex intacta Virgine ut ecclesia canit. Tamen non dedit propter nos tanquam si essemus finis ita possumus velle deum nobis sed non propter nos et Pono exemplum Nam idem vt de dono sicut de desiderio sed Possumus dare Alicui donum non propter se sed sibi ergo Pariformiter possumus desiderare aliquid alteri. Sed non propter ipsum Alterum de dono Patet ex exemplo ergo dedit deus filium suum mundo et inquit Carius Caiet. quod Possum ego desiderare aliquid Alicui tanquam medium propter finem ut divitias Petro quae sunt medium Propter hominem Nam aliquid Utile alicui Possum velle tanquam medium ordinatum ad ipsum hominem, sed quando ego volo Homini Aliquid Quod non est medium ordina

ordinatum ad hominem tanquam in finem sed tanquam finis
hominis. Tunc volo homini illud bonum non tanquam in finem
sed tanquam finis et sic patet solutio argumenti quod ego desidero
deum alteri non propter alterum itaque spes est amor concupis-
cientie et nego quod volo beatitudinem propter alium s. propter
petrum sed volo ~~illam~~ Petro non ordinando illam in Petro
sed e contra. ¶ 2° dico concedendo quod ~~amatur~~ omne quod
amatur amore concupiscientie. Pro aliquo volo et de-
sidero illud illi propter illum ~~bonum~~ tanquam in finem et dico
quod licet mihi desiderare deum propter retributionem quae crea-
tura, sicut ~~doctrina~~ David dicit inclinavi cor meum ad
faciendas justificationes tuas propter retributionem et si
arguas non licet diligere deum propter creaturam, ergo non li-
cet diligere deum amore concupiscientie. Quia diligere deum
propter creaturam est plus diligere creaturam plus quam deum
Respondet Gabriel hic negando conclusionem ultimam et
sic arguas. Contra qui diligit aliquid propter aliud
magis diligit illud aliud quam medium. Per maximam Arist.
Respondet Gabriel quod si hoc esset precise propter creaturam ita quod non
diligere nisi quia daturus est beatitudinem hoc esset verum
sed ~~quia~~ dico quod absoluti diligimus deum nos super omnia
nec illud est ordinare deum ad creaturam s. diligere deum
propter creaturam sed est ordinare aliquem effectum ejus ad cre-
aturam et non ordinamus ipsum ad creaturam et sic possum
diligere deum propter creaturam ita quod creatura moveat me
ad diligendum deum et creaturas propter deum. ¶ Ad
argumentum aliud quod idem est obiectum spei et delectationis
in Patria transeat sed delectatio in patria est de visione ego

hominem

Ego nego et in hoc omnes errant Putantes quod Propter solam
visionem delectantur Nam viatores Plus diligunt deum
quam se ipsos quod etiam beati et per consequens Plus delectantur de ~~immorta~~
~~litate dei~~ bono diuino quam de bono proprio et ideo delectatio firma
Quam beati habent est cognoscere summam beatitudinem dei et
ejus immortalitatem et Plus delectantur de immortalitate dei
et ejus gloria quam de propria immortalitate Quam diligunt deum magis
quam se ipsos et sic non est summa delectatio delectatio visionis sed delec
tationis summe dei cognitionis et illa delectatio summa habet deum
Pro obiecto et non visionem et talis delectatio summa causatur
ex amore amicitie Quem habent beati ad deum et non ex amore
concupiscentie // ¶ 2o dico quod non loquendo de summa beatitu
dine sed de Alia adhuc illa habet deum pro obiecto nam idem
obiectum est delectationis quod sequitur ex actu et ipsius actus, ut
Quando ego audio musicam non est illius delectationis obiectum au
dire musicam sed musica nam in delectatione non est actus reflexus
et ideo dico quod deus est obiectum visionis beatifice et delecta
tionis quod sequitur ex illa visione ¶ et ad aliud quod dicit
delectatio habet visionem Pro obiecto immediato Transeat
quod non deum, nego conseqentiam; Quia dato quod beati delectentur de
visione dei sed hoc ipsum obiectum est deus nam non est Aliud
obiectum ut dixi ~~prius~~ ipsius actus et delectationis quod sequitur ex
actu ~~sed~~ s. visione; et sic dato quod obiectum delectationis in
prima sit visio beatifica non sequitur quod dominus non sit immedia
tum obiectum Quia si per auditum Tenerem deum idem obiectum
auditus esset ~~delectatio~~ deus et audire deum ipsum ¶ et ad aliud
Argumentum quod bonum immediatum alicujus debet esse subiec
tiue in ipso cujus est bonum sed dominus non est subiectiue in nobis.

Nec in beatis q. Ret Caietanus negando maximam nam ad hoc q aliquid sit bonum immediatum alicui satis e q heat illud bonum vn moueat appetitum eius et sic peccunia e bonum immediatum vtilis hominis qz peccunia het in se aliquid boni vn appetitu moueat. hec opperatio qua appeto peccunia e bonum immediatum meum sz ipa Peccunia, et sic ds e bonum totius orbis. inquit Aristot. 12 metaphisice et non e mediatum bonum qz non e per aliud bonum orbis q p ipm et per cons e bonum immediatum et sic concludo q spes e virtus Theologica et het deum immediate Pro obiecto qui e bonum immediatum hominis cum heat in se vnde moueat appetitum, Circa solutionem 2 argumenti e notandum quod ibi S. Thom repetit quomodo spes qe virtus Theologica non het medium secus de illa q e passio ||

Articulus 6.

¶ Vtrum spes distinguatur a fide, et Charitate ff

Con e affirmatiua de ista materia lz nunc omnes conueniat in vna conclu e tn fuerunt diuerse opiones et in summa 4or vel oppiniones Fuit quedam opio dicentium q spes non distinguitur a Charitate nam cum 4or sint ex Charitate dilligenda s. deus. Corpus nrum aia nra et proximus et sic dicit q spes e pars Charitatis quia actus spei e solum velle beatitudinem et sic dicunt q non distinguitur a Charitate et probat nam desiderare gram mihi aut Proximo e actus Charitatis q desiderare mihi charitatem l proximo e actus Charitatis et S. Thom 1 q 23 q ad 2m dicit q obm principale Charitatis e beatitudo nra et idem e spei q no distinguitur a fide qz actus spei e actus fidei quia credo q

quinq

distinguunt alia opio fuit q spes

dabitur mihi beatitudo ergo et confirmati quia desperatio est non
credere quod dabitur mihi beatitudo ergo sperare est credere et Alma in
dicit oppositum hanc esse probabilem et dicit quod licet istud Judicium Ego
saluabor non sit actus fidei tamen ait quod tenemur credere illud
et illud pertinet ad spem et tamen potest esse falsa propositio illa quia impo
ssibile est quod a fide sit actus falsus igitur est in hoc bene dixit quia ille
actus est non est a fide, Alij dicunt quod spes est agregatum ex fide
et Charitate quia dato quod aliquis desideret beatitudinem si non
credat illud esse possibile non habet spem ergo non est solum in volun
tate nec in intellectu quia quantumcumque credat se posse saluari
tamen si non desideret non habet spem, Alia est opinio Ochani quod
libet 3 q. 1 quod licet ista 3 opinio probet quod non est solum spes in
intellectu nec in voluntate tamen adhuc est falsa quia sequeretur
ex illa quod non essent nisi tamen duae virtutes Theologicae, sed
4a opinio est eius et dicit quod est quidem spes actus creatus a fide
et Charitate distinctus tamen ab illis qui quidem non est aliud
quam quedam tendentia voluntatis in beatitudinem quod sequitur
ex hoc Judicio Ego possum habere eam et ex desiderio eius sed in
contrarium arguit Alma in quia sequeretur quod si mere
naturale et necessario sequitur posita fide et Charitate non est ponenda
spes 3 s. virtus infusa Patet consequentia quia si ex illo Judicio et
ex desiderio sequitur naturaliter actus spei ergo iam non patitur vo
luntas difficultatem ergo non indiget habitu infusso immo nec aliquo
habitu spei Alia est opinio communis modernorum quod spes est actus vo
luntatis solius et distinguitur a fide et charitate sicut eius
habitus distinguitur et si arguas quod velle beatitudinem est actus
Charitatis et idem est actus spei ergo Ad hoc Scot. in hac
d. 26 quod beatitudo potest considerari Non in quantum est quoddam
bonum absolute in se et sic est actus Charitatis desiderare illam. Alio

Alio modo Pot considerari in quantum est quodam bonum quod
est commodum nobis et sic desiderare illam est actus spei sicut si
ego volo Proximo Peccunias in quantum est bonum est actus amicitie
sed in quantum est commodum mihi est actus amoris concupiscentie
Ego ~~certe~~ non facile intelligo istam differentiam quia quomodo beatitudo
Primo modo ut dicit Scot est bonum absolute non tamen quomodo
sit bonum respectu nostri quod velle beatitudinem absolute vel no
bis ad eandem Charitatem per Thom 22 q 25 ar 1 et 1.28
q 40 artic 1 Ponit differentiam inter spem et desiderium et dicit
quod spes supra desiderium addit elevationem animi et conatum
Nam quando spero Pono conatum et ad spem requiritur
aliqua arduitas, nam aliquis desiderat aquam tamen non spe
rat quia ibi non est quid arduum et ideo spes dicit tendentiam
cum ~~charitate~~ sed desiderium non dicit nisi complacentiam
quandam itaque aliquis desiderat bonum sive sit arduum
et possibile haberi sive non sperat tamen solum arduum possibile
haberi, et sic Pro argumento dico quod beatitudo Pot consi
derari uno modo absolute in quantum est bonum quodam et
sic spectat ad Charitatem sed considerando beatitudi
nem alio modo in quantum est quodam arduum possibile
haberi posita illa circumstantia Jam non spectat ad Charitatem
sed ad spem nam sicut dicimus quod ad Charitatem spectat ve
lle mihi victoriam considerando in quantum est quodam bonum
mihi tamen in quantum est arduum consequi illam non sufficit chari
tas sed requiritur fortitudo et etiam velles mihi spatium spec
tat ad Charitatem quod ad quid ibi Ponitur magnanimitas quia
est difficile consequi spatium illum propter conditionem et si spes
non distinguatur a Charitate eodem modo argumento Probaremus
quod Nec temperantia nec fortitudo nec alia ex hujusmodi

non quo desidero regnum non pono conatum

arduitate

Virtutibus distinguantur a Charitate et sic exemplifico de Jeiunio. Nam Jeiunare est opus charitatis tamen propter arduitatem ponitur temperantia vel abstinentia et sic velle beatitudinem licet spectet ad charitatem, tamen in quantum bonum simpliciter consideratur. Nam in quantum quodam arduum ad spem et sic spes est concupiscentia quedam beatitudinis efficax. nec tamen est quodam arduum beatitudo ipsa atque ut res ardua presentata //

Articulus 7.

¶ Utrum spes precedat fidem; Con. 9. Thom. Quia fides est prior spei. Nota quod quando dicitur quod per spem introducimur ad Charitatem. hoc est verum tamen regulariter aliquando potest esse actus charitatis sine spe. Nam licet non esset daturus vitam eternam potest quis amare deum. Conclusio principalis est intelligenda quantum ad actus ita quod actus fidei precedit actum spei quia quantum ad habitus simul infunduntur ut supra diximus 22e

¶ Almain 3 d. 26 q. unica arguitur quod possum habere actum spei sine actu fidei nam ad hoc quod ego sperem expatium requiritur quod credam sed sat est quod habeam apparentias sicut aliquis infidelis potest sperare beatitudinem et tamen stat quod non credat firmiter quod beatitudo est homini possibilis ergo quod possit sperare patet quia potest efficaciter desiderare se esse beatum et nihil aliud importat actus spei ergo spei actus non necessario presupponit actum fidei sed actus ~~eius non potest habere~~ cois opinio est in contrarium. Dicemus quod spes theologica nec est actus eius non potest habere sine fide firma ita quod non potest sperare beatitudinem ex meritis et gratia si non habet fidem de hoc. et pro certo judicet quod potest illam consequi ex meritis et gratia nec sufficit quod habeat probabilitatem. Tunc enim erit spes humana et non infusa sed utrum possit manere spes infusa sine fide utraque pars est probabilis, sed melius est quod non potest, In articulo 8 solum est notandum

quod dicit S. Thom contra durand. Quia quanº aliquis vult sibi beatitudinem vel bonum aliquod tunc amat illud bonum amore concupiscentie. Item dicit q ille qui sperat intendit aliquid sibi optinere ergo amor concupiscentie non e ut ait durand ergo amat unum propter aliud sz e velle illud nobis ut diximus //

## Quio 18 de subiecto spei

¶ Articulus 1º utrum spes sit in voluntate. Conº e affirmativa, ¶ dubitatur circa illud quod dicit q homo non e capax dei sz sm partem sensitivam. Nam ipse met S. Thom dicit q temperantia infusa e in parte sensitiva sz temperantia infusa vr q heat deum pro obiecto quia cum temperantia infusa et acquisita sint distincte spe debent here diversa obiecta sz non vi quomodo aliter heant diversa obiecta nisi q temperantia infusa het deum pro obiecto ergo et eius opz q regulatur regula divina. Nam q ego temperer a cibis in quadragesima hoc fit propter deum et ideo regulati regula divina sz illud causatur a temperantia infusa ergo temperantia q e in appetitu sensitivo no het deum pro obiecto. Rr concedendo q aliqua virtutes morales infusse sint in appetitu sensitivo et tn nego q heant deum pro obiecto nam lz aliam regulam heant infusa q acquisita tn obiectum eius semper e aliquid sensibile ut vlz moderatus cibus ut diximus 22 circa 2m argumentum; ¶ Circa solutionem 2 adhuc remanet dubium quomodo distinguantur spes et charitas. Nam volo mihi beatitudinem e actus charitatis et actus spei non poterit quis distinguere ab illo nam actus spei et e velle aut nolle quia in voluntate no e nisi volitio

solum inclinat ad vitandum aliquid quia penale sed non est virtus eandem conclusionem tenet Durand. in 3o d. 34 q. 4 in fine q. 1s dicit quod de ratione virtutis est operari aliquid quia honestum vel vitare quia inhonestum sed timor vitat quia penale, eandem Pelud. in 3o d. 34 q. 3 conclu. 3a art. 1o eandem sed bonaventura in eodem 3a d. q. 2 principali art. 2o et Alexander tenet eandem, et sed non obstante eorum opinione oppositum potest probari quia si timor servilis non esset virtus pariter nec esset donum sed est donum ut patet ex s. Thom. superius ad Romanos 8o et glossa ordinaria et ratione probo quia timor servilis est actus conformis dictamini prudentiali et in hoc consistit virtus ergo est virtus antecedens patet nam dictat timere penam quod est conforme dictamini prudentiali et est de obiecto bona s. de pena ut probat s. Thom. ar. 4o q. 19 sed ad quam virtutem, questioni huic satisfaciens Scot. in 3o distinctione 34 q. 1a quod pertinet ad virtutem temperantiae sed in specie sed ad humilitatem que est species temperantiae et ad 2m de eius actu dico quod duplex actus potest considerari timoris servilis unus est quod fugiendum est peccatum propter penam eternam qui actus cum sit respectu alicuius mali futuri non pertinet ad temperantiam sed ad cautionem que est pars prudentiae sed est alius actus eius puta volo vitare peccatum propter penam eternam et iste dicit Scot. quod pertinet ad temperantiam et mea ad humilitatem, sed an actus eius sit bonus vir quod non nam agustin. ait libro 83 q. 1um quod timore nullus bene utitur, sed pro huius solutione sciendum est quod Alexander in 3a p. q. 76 membro 3o ponit 2as opiniones contra istam difficultatem 1a dicit quod in timore servili 2uo

2uo possumus considerare unum est essentia habitus, Aliud est
servilitas. Et ita dicunt quod quando dicitur quod timor servilis
est bonus intelligendum est de habitu nam servilitas est mala est
non intrat essentiam habitus, Sed quod actus timoris servilis semper
est malus quia semper dicunt servilitatem quae mala est
esse de ratione actus timoris servilis ita quod non potest separari
ab eo, Sed istam opinionem impugnat Alexander loco citato
et ponit suam opinionem quae talis est quod actus timoris servilis
est bonus et probat quia habitus timoris servilis est bonus et
probat sed de ratione habitus boni est quod elliciat actum bonum et
det ei quod habet. Cum actus dependeat ab eo et ideo sic servili
tas non est de ratione habitus timoris servilis nec etiam erit de ratione
actus eius qui dependet ab eo et ideo actus ille erit bonus
sic et habitus. Eandem conclusionem tenet S. Thomas in 3 d. 34
q. 2 Principali ar. 2o et ad authoritatem B. Augustini s.
quaes. 2a eandem tener bo nab. eadem d. q. 2. princi pali ar 2o
quod timore nullus bene utitur dico quod intelligit meritorie, quod
Ad aliud dubium s. an liceat uti timore servili Palan
tho vitando malo temporali, eandem tenet Palud in 3 d. 34
q. 3 dicit quod nunquam est licitum adimplere Precepta dei ad con
sequendum aliquod bonum temporale. Quod sic pro
bat ordinans adimpletionem Preceptorum ad consequutionem
alicuius temporalis boni habet Perversum ordinem quod male
facit quia Potius sunt adimplenda Precepta quia sunt
Precepta quam ob aliud. Oppositum tenet Bernard. de Canuco in ea
dem d. q. 5 quam Probat sic Judei adimplebant Precep
ta Propter commoda temporalia sed in hoc non peccabant
quod maior manifesta est ex exod. et minor Probatur quia
solum damnati Propter hoc quod non adimplebant quod Eandem

Eandem Conclusionem tenet Adrianus in Quodlibetis Quod. 9 ar. 3 Quod vlz licitum sit adimplere Preceptum propter aliquod commodum temporale immo quod licitum sit dare denarium alicui Propter hoc quod adimpleat Preceptum et ideo conclusio est quod timor servilis est virtus et ejus actus est bonus.

## Articulus 5.

Utrum timor servilis sit idem in Philosophia necessarium. Sed est difficultas in hoc quod dicit quod malum culpe est obiectum timoris filialis Nam sicut virtus inclinat ad persequendum obiectum proprium ita ad fugiendum oppositum sic quod est naturale hoc cuique virtuti Cum ergo quodcunque malum culpe sit contra rationem oportet quod opponatur alicui virtuti et per rationem videtur quod superflue opponatur timor servilis ad illud Quandoquidem virtus cui opponitur malum culpe inclinat ad fugiendum illud. Secundo est difficultas nam ad hoc quod aliquod malum sit obiectum timoris requiritur quod tale malum sit arduum sed malum culpe non est arduum ergo maior patet ex 1a 2e q. 42 ar. 4o et minor Probatur Quia malum culpe est in nostra potestate sed illa que sunt in nostra potestate non est dicendum quod sunt ardua nobis ergo ulterius est difficultas Quia Altissiodorensis in 3o tract. 8 q. 4 dicit quod impossibile est esse duos species timorum et ratio sua est hec dicit Quamvis aliis timoribus qui non sequuntur fidem sed sumendo eos timores qui sequuntur fidem dicit sic Quicunque ordinate vult aliqua Prius debet velle finem quam ea que sunt ad finem sed mediante fide aliquis apprehendit deum ut est bonum nostrum ergo Prius debeo velle deum quam timere illum Cum timere sit medium sed volitio dei sit Cum charitate ergo prius debet esse aliquis in charitate quam timeat sed cum charitate non

non Pot stare timor servilis ergo superflue Ponitur. ¶ Est
Alia difficultas quia diximus ex opinione Scoti et nomi
nalium quod dona non distinguuntur a virtutibus, ex hoc sic arguitur
dona non distinguuntur a virtutibus sed timor est donum ergo idem
tificatur alicui virtuti sed nulla virtus habet sub se plures
species. ergo si timor identificatur alicui virtuti non habet sub
se plures species. ¶ Alia difficultas est ad quem istorum timorum
Pertineat timere penam et culpam, ratio dubii est quia si ad
utrumque illorum Pertinet illud sequitur quod isti timores non diffe
runt specie quia possunt unum et eundem actum Producere
sed hoc etiam repugnat quia sic videtur quod ad Alterum illorum
pertineat ergo dubitandum est. ¶ Ad primam difficultatem
sciendum est quod 2ᵘ pot considerari malum culpe uno modo
Prout contrariatur alicui dictamini Prudentiali dictanti
de opposito et rationi recte. Alio modo prout est separatum
ab ipso deo, si Primo modo consideretur scilicet prout est contra
rationem nullus timet malum culpe. Patet est actus ab ipsa ratione
elicitus malum culpe ergo. 2ᵘ modo considerando est con
quod est obiectum timoris patet quia timor non est nisi respectu
Alicuius mali sed malum culpe 2ᵒ modo est malum nobis ergo
ans patet quia si unum bonum nobis est ipse deus ergo ipsum quod
separatur a nobis ipsum est malum nobis et hanc tenet Thom.
in 3 d. 34 q. 2ᵃ pt. ar. 3 q. 1ᵃ. ¶ Ad 2ᵃᵐ difficulta
tem dicendum est quod si malum culpe consideretur secundum quod est in
potestate nostra sic dicendum quod si malum culpe consideretur
secundum quod est in potestate nostra sic dicendum quod malum culpe non est obiectum
timoris sed quia malum culpe potest habere aliquas causas
extrinsecas ut occasiones societates et expectationes habet

^ clo est quod malum culpe non est obiectum timoris probo quia per hoc quod est contra rationem

hēt difficultatem. Sic pōt malum culpe ēe obiectum timoris
s. thom. 1ª 2ᵉ qᵉ 42 arᵒ. dat hanc solutionē ad istam difficul
tatem. ¶ Ad 3ᵐ difficultatem de opīone Altiosiodo. Qui di
cebat q̄ non Poterant ēe 2ᵘᵒ spēs timoris Cum timor sequatur
Charitatem, Dico q̄ doctor ille non Ponit rectum ordinē timoris nā
etiā si timor Presupponat fidem tn̄ in Processu ad rectam
vitam Prius ē actus timoris q̄ actus charitatis. Primus m. actꝰ
in detestatione Peccatorū ē ab ipo deo iux illud Threnorū vlᵒ
conuertenos domine & Conuertemur; 2ᵘˢ actus ē actus fidei
Quo aliquis credit q̄ Pena & Culpa separant ab ipo & q̄
propter Culpam deus pōt infligere penam ex quo actu fidei sequitur
immediate, 3ᵘˢ actus qui ē actus timoris seruilis Pōt hunc se
quitur 4ᵘˢ qui ē charitatis. 5ᵘˢ ē timoris filialis. ¶ Ad 4ᵐ
dicendum ē q̄ 2ᵘ pōt timeri culpa Vnomodo precisse propter pe
nam; Aliomodo propter se & etiam simul Propter penam
Si g°. Primomodo timet ille actus mixtus Pertinet ad solum
timorem seruilem; Si vero 2ᵒ modo. Talis timor erit ab vtro
q̄ timore .i. seruili & casto Nec ex hoc sequitur Quod tangebatur
in rōne q̄ s. non differant spē. Sic nec in nālibꝰ ex hoc q̄ produ
citur idem effectus. s. altem in spē a diuersis causis: s. Calor ab igne
& a sole Sequitur q̄ cause non differant spē sic g°. hēmus q̄ ti
mor seruilis Precedit spem & charitatem, & ad aliam difficulta
tem nominalium Dico q̄ Qtum vis ita sit q̄ dona identificentur
virtutibꝰ tn̄ nihilominus sub eadem virtute Possunt ēe plu
res spēs virtutis sub temperantia, Alia ē temperantia
Circa delectabilia gustus. Alia Circa delectabilia tactus
& sic hēmus ex isto artiᵒ q̄ timor seruilis & filialis.

Articulus 6.

Vtrum timor Seruilis Remaneat Cum charitate
Prima conᵒ loquendo de timore Quo timeo Penam tanq̄.

Principale malum his timor est servilis Nec est compossibilis
Cum Charitate, 2a Con loquendo de timore quo timeo
separari a deo quem volo tanquam bonum mihi et iste est cum
Charitate, Prima difficultas est Circa illud quod dicitur in 3a
q. Qui timor 3o modo manet cum charitate nam vr quod ille
timor sit malus et quod non maneat cum charitate nec possit esse. g.
2a difficultas est Circa id quod dicitur quod timor ex amore
¶ Sed Circa Primam difficultatem est Una opinio que dicit quod timor
Pot Considerari uno modo quantum ad substantiam. et sic dicit
hec opinio quod timor pot esse cum charitate. Loquor de servili
Pz quia cum loquor de charitate nam subiectum timoris servilis
est timere penam sed extra in charitate. Pot timere penam g.
¶ 2o modo pot considerari quantum ad defformitatem. et sic oio
non pot stare cum charitate quia timet penam tanquam principale
malum, sed ista opinio non pot stare quia dicere quod hitus ille qui
dirigit ad pellendum Peccatum quod adveniente charitate pel
lat vr derogare dono s. s. quod est timor servilis et ista
innuit Alex. de ales. in 3a p. q. 76 membro 1o; ¶ Est alia
opinio que dicit quod timor servilis nullo modo pot stare in charitate
Quam probat nam fides est donum Perfectum et tn propter in
perfectionem annexam quam het quod est cognitio Eemigniatica non est
compossibilis fides cum visione clara dei g. eodem modo timor
servilis propter imperfectionem quam het non poterit esse cum chari
tate Propter perfectionem charitatis etiam ista opinio videtur
derogare dono spus sancti Propterea est 3a opinio / ¶ bona
nens. in 3. d. 34 q. 2 pti. ar. 3o ubi dicit quod in timore servili
3a possumus considerare, unum est substantia ipsius timoris et
objectum ejus. 2m est formale et competibile ipsius timoris
Quo timet penam. 3a est quod het voluntatem malam et per

& Peruersam annexam & dicit q Primo mo pot ee in chari
tate & hoc etiam innuit s. Thom in corpore istius articuli ad
2am difficultatem. ¶ Notandum q eo modo se het obiectum
aliquod actus vel hitus vel passionis quo forma rerum nalium
vel artificialium ita q sic res nales specificantur per formas ita
actus vel hitus spificantur per obiecta & distinguntur per
obiecta Et vlterius quicquid fac ad distinctionem obiecti fa
cit ad distinctionem actus vel hitus 2o aut faciunt ad
distinctionem obiecti vnum e efficiens quod causat illud obm
Aliud e dispositio malis, exemplum in infirmo. dispositio
malis facit conueniens appa vel disconueniens cibum gustui
qui cibus e obiectum gustus. Nam ex eo q het talem dis
positionem apparet sibi delectabile & ex eo q aliam amarum
& Pariformiter de affinitate. Sic obiectum timoris spificatur
2o vnum e potestas potens. Aliquid malum infligere ali
ud e dispositio mea nam si ego non dilligerem Palium non
timerem q Aliquis auferret a me Palium & ideo timoris
obiecti dispositio e amor // Artis 7.

¶ Vtrum timor sit initium sapientie, Que Conclu
Prima q initium sapientie e fides quantum ad substantiam sapie
tie & hoc pz quia sola fides e q regulat vitam nram quia
ex hoc q aliquis credat q ille regule s. q sunt arti li sunt dicta
te a deo sm illam regulam vitam suam. ¶ 2a Conclu bi
membris e q Aliomodo timor seruilis e initium sapientie
Aliomodo filialis. nam seruilis e tanq ca extrinseca regula
di vitam humana. filialis vo tanq effectus primus &
Notandum q s. Thom in 3a pe q 85 ar 5 notat q vt
dicebamus in resurrectione a peccato. Primus actus e ipius dei
2o fidei. 3o timoris. 4o spei quo sperat Primum. 5o e

Charitatis quo diligit ipm deum tanqz Premiatorem. 6º est
timoris filialis, ex his manifeste pz q Primus effectus
in ordine quo sapiens regulat vitam humanam, sic timor
filialis, ‖ Articulus 8º

quo timor separavit a deo quem sup oia diligit et iste

¶ Utrum timor initialis et filialis sint idem, sm substantiam? Questio e q non differunt quantum ad substantiam sz solum quantum ad statum perfectionis eandem tz s. tho. in 3º dᵉ 34 qᵉ 2 arº 3º qˡᵃ 2ᵃ quam probat suppoᵗᵒ q timor initialis hēt 2ᵘᵒˢ actus unum ellicitum: Aliud imperatum et quia actus quo timor initialis timet separari ~~ab summo~~ ipso deo tanqz ~~ab ipso deo~~ summo bono. ille actus e Primus et principalis timoris initialis ~~qui~~ et dicitur ellicitus 2º aut actus qui e imperatus ab ipo timore initiali e timere penam qui committatur Primum actum, et dicitur imperatus; Eandem tz Altisiodo in 3º tract. 8º qᵉ 1ᵃ de timore gratuito 8º. ¶ Sed est prima difficultas circa hoc ex Duranº in 3º dᵉ 34 qᵉ 5 ubi tenet oppositam conclusionem. doctor iste et impugnat Probationem eius et Probatur sic, timor initialis et filialis hent diversa obiecta g° differunt spe, ans pz nam obiectum timoris initialis e timere separationem ab ipo deo et penia Alius tm separatione g°. Probat Rursum q hēat diversa obiecta qz pōt Aliquis ~~vitam~~ vitare eodem actu aliquid propter diversos fines ut qui vitat fornicationē qz turpe e nālit et quia Prohibitum a deo. sz sic se hēt timor initialis q eodem actu vitat. 2º s. malum culpe, et pene ad probandum vlm ¶ Rursum. sic arg. 2º actus intelligendi nō pnt ee in intellectu g° nec 2º appetendi simul in voluntate. sz timor ptinet ad voluntatem g° impossibile e Ponere 2ᵘᵒˢ actus timoris simul in appetitu. maiorem probatam a s. Thom. censetur qz

Quia Pariter inquit) possunt esse infiniti ut Arist. dicit in 8º phisicorum dicens quod si 2º corpora possunt esse in eodem loco ergo et infinita sic si 2º actus in voluntate ergo et infiniti sed hoc non ergo eodem actu vitat illa duo et per consequens habet illa duo pro obiecto. Sed filialis non habet illa duo ergo habent diversa obiecta et per consequens differunt secundum substantiam, ¶ 2ª dubitatio est quia circa istam sententiam doctoris sancti est diversitas opinionum quia est quedam que dicit quod isti duo timores differunt etiam quantum ad substantiam quod probant initialis evacuatur in propria filialis non evacuatur ergo differunt quo ad substantiam quia idem secundum substantiam non potest manere et non manere ¶ istas opiniones impugnat bonaventura in 3º d. 34 q. 3 ar. 1º. ubi primo impugnat opinionem doctoris nostri quia dicit quod ex illa sequeretur quod quodlibet aliud donum deberet distingui secundum ~~substantiam~~ statum generis a nemine concediti ergo. Ulterius sic arguit si donum timoris deberet distingui secundum statum sequeretur quod deberent esse 3es timores distincti cum sint tres status, ¶ 2am opinionem impugnat quia sequeretur si distinguantur quo ad substantiam quod possent esse infinita dona. ¶ 3ª opinio est eius quod timor initialis et filialis non distinguuntur quo ad substantiam quia sunt eiusdem speciei propterea quia unus se habet per additionem ad aliud quia timor initialis timet culpam sic filialis culpam et cum hoc ~~pena~~ penam ergo non distinguuntur secundum substantiam, et dicit etiam quod non distinguuntur quia unum se habet tanquam materiale et aliud tanquam formale sed quia taliter se habent non dicuntur distingui secundum substantiam ergo. ¶ Sed dic quod distinguuntur penes modos timendi quia filialis timet offensam initialis offensam et penam in quo coincidit cum s. Thom differt tamen quia s. Thom. solum culpam ponit obiectum initialis, penam vero concomitantem sed bonaventura utrumque ponit cum

obiecto initiali Et ad respon^es Durandi negamus q̄ sit diuersum obiectum filialis & initialis immo vnum Quia q̄uis initialis addat Timorem penę dico q̄ illud non causatur ab initiali sed imperatur ab eo dum taxat, & Ad aliud quod dicitur q̄ 2º actus intelligendi non p̄nt ēē simul in intellectu Distinguo Quia qu^o 2^uo actus intelligendi ordinantur ad diuersa & sic verum ē vel ad vnum actum & sic fl^m ē; immo p̄nt ēē in intellectu quan^o ordinantur ad eundem actum illi 2^uo actus & pariformiter etiā in voluntate //

Artiº. 9º.

¶ Vtrum Timor sit donum spūs sancti, Prima propo^o ē q̄ timor mundanus nō ē donum s. s. pz Quia secluso q^o ē q̄ donum supercelestē Aliquis pōt timere mala & damna temporalia g^o. 2ª Propo^o timor seruilis ē a s. s. hn non ē donum s. s. hanc conclu^m Probat s. Thom. 1 2 q^e 68 ar^o 5. vbi probauit q̄ dona spūs sancti non p̄nt ēē sine gra & Probo spūs sanctus nō adiuuat aliquem nisi mediante Charitate vt pz per id Paul. ad Roma^os per spūm sanctum qui datus ē nobis dona spūs sancti ad hoc sunt necessaria vt subiuuati deo ad eius notionem sed non subijciti quis nisi mediante Timore filiali & reuerentiali g^o hec vide 1 2 q^e 68 ar^o 1º & 2º, ¶ Prima difficultas An timor seruilis sit donum spūs sancti Bonauent^a in 3º d^e 34 q^e 1ª ar^o 1º dicit q̄ seruilis timor ē donum spūs sancti & Probat sic fides informis ē donum spūs sancti g^o conīam Probat quia eodem modo sic fidem hēns informem nō existit in charitate & hēt voluntatem malam ita hēns Timorem seruilem g^o & rursum hēt effectus spūs sancti qui ē emolitio cordis & retractio qui solius dei ē vt pz per id nisi dominus // ¶ Eandem tenet Altisiodorens loco allig^o

s. q̄ Timor servilis ē donum. Ulterius ē difficultas an in xpo fuerit Timor. Quia Esayas vr de eo loqui cum inquit et requiescet super eum spus domini spus Timoris &c. ¶ Sed ad oppo ta s. Thom respondet in q. 6 8. ar. 5. in solutione ad Primum in 2e ubi satisfacit bonaventure et Altisiodorensi. Sic ubi dicit q̄ verum ē q̄ Timor servilis ē ab ipo deo quia ē gra gratis data nō tn ē donum spus sancti quia donum nō pōt ēe nisi cum charitate ¶ Ad aliam difficultatem de xo vr q̄ in eo non poterat ēe timor quia nō de malo culpe nec pene nec etiam de aliquo alio. q̄ in oppo m ē authoritas Esay. ē. et requiescet super eum spus timoris domini. Notandum q̄ deus et si sit summa bonitas tn quia pt aliquam penam ē obiectum Timoris. hoc supposito q̄ cum xps ab instanti incarnationis fuerit comprehensor hēt securitatem et ideo non hēt Timorem de amittendo deo nec etiam de culpa nec de pena. Ulterius dico q̄ eminentia divina pōt dupliciter considerari uno modo absolute et in se et sic non ē obiectum Timoris sz Amoris. Alio modo prout pōt infligere aliquam penam et sic 2r Primo sm quod pōt et nō vult infigere aliquam penam. 2o ut pōt et vult infigere aliquam penam et sic dico primo mo q̄ deus consideratus ut pōt et vult infigere aliquam penam ē sufficiens obiectum timoris et sic considerando illam fuit Timor reverentialis in xo sz considerando prout potens ē et vult infigere penam et sic considerando in xo non fuit timor. Ulterius dico q̄ quia in pe sensitiva xpi fuit et fuerit tristicia ut pz ex illo [illegible] ē anima mea &c. ita fuit in ea pe timor in aia xpi. Ulterius dico q̄ cum in xpo fuerit scientia visionis dico q̄ potuit pars inferior xpi considerare mortem futuram abstrahendo a certo vel incerto et cum timor

sit de malo futuro Potuit aia xpi qtum ad partem inferiorem timere mortem futuram no considerando illam cum certitudine vel incertitudine //

## Articulus. 10.

Utrum Crescente Charitate Diminuatur Timor; Prima Conclu. Timor filialis Crescente charitate magis augetur pbo. Quia augmentata ca augetur effectus sz timor filialis e effectus charitatis g. 2a conclu. q timor servilis augmentata charitate non diminuitur qtum ad substantiam sed diminuitur qtu ad servilitatem immo removetur ¶ Primu dubium e Durand. in q. vl. d. 34. 3 seng. ubi duo facit Primo tz oppositum Prime Conclu. 2o solvit ronem q. s. thom. illam Probat. Primo Argumentatur sic Quanto magis aliquis apprehendit separatiom ab aliquo minus possibili vel difficiliori tanto minus timet sz Quanto magis e in aliquo de Charitate tanto magis apprehendit difficilem ee separationem ab ipo deo g. quanto magis e in aliquo de Charitate tanto minus timet et ex eo dicit q no tenet verum conclu. doctoris nec eius Probatio; 2o e difficultas propter diversitatem opionis. Quantum ad solutionem arguor Durand. Notandum q separatio ab ipo deo pot apprehendi 2i uno modo Quia timet illam tanqz malam sibi et illa oritur ex amore concupiscie. Alio modo pot apprehendi qz e mala in se quia malum e carere summo bono et hoc oritur ex amore et hoc notum e Quia Cum ego amem me propter deu e mala mihi 2a separatio; ¶ Ulterius advertendum e q loquimur de 2a separatione a deo Primum supponendum e q ad hoc q Aliquid sit obiectum timoris 2uo requiruntur s. q sit malum et q sit possibile et quocunqz istorum augmento augmentatur timor nam augmento malo augmentatur timor et sic

et sic de possibili. ¶ Ulterius supponendum est quod cum alicuius timoris dicendum quod malum est obiectum timoris de per se possibile aut sm quid ut si ego apprehendo mortem mihi imminentem quis difficiliter imminentem et apprehendo abscissionem capillorum facilius tn eminentem magis timeo mortem quis difficiliter possibilem quam abscissionem capillorum quis faciliter possibilem et ideo malum appsum ut maius malum facit de per se ad augmentationem timoris possibile aut faciet de per accidens, Primum dico quod obiectum timoris idem est quod sit simpliciter malum vel apparenter bonum, His suppositis ad rationem durand. facilis est solutio nam quando dicit quod augmentata charitate apprehenditur separatio ut minus possibilis ~~[illegible]~~ est verum est quod augmentata charitate minus timetur separatio, nego conseq. quia cum augmentata charitate apprehenditur deus ut magis bonum ab eo separatio apprehenditur ut magis mala. et quia malum de per se est magis augmentum timoris ideo quanto magis apprehenditur ut maius malum tanto magis timetur. ¶ Quantum ad 2as difficultates est opinio prepositivi qui dicit quod augmentatio habitus ~~2a difficultas~~ et faciliter impugnatur quia cum habitus non cognoscatur nisi per habitus ubi est intensior actus et habitus est intensior et est contra opinionem tn nostri doctoris impugnatur bonaventura in q. 2 q. 3 phis d. 34. 3 sentiarum et arguit sic timor filialis habet anxietatem et penalitatem quod cum b. Joann. in distinctione loquitur quando ait perfecta charitas foras etc. tandem ponit suam opinionem ubi inquit quod timor filialis habet unum actum quo quis considerat suam fragilitatem, Alius actus est quo quis ex consideratione providentie divine magnanimitatis eius et fragilitatis sue reuereretur deum. Dicit quod quantum ad primum actum diminuuntur augmentata charitate quam vero ad 2m augmentatur ti

timor filialis augmentata charitate, Articulus 11.

Vtrum timor maneat in Patria?

Prima conclu° e q timor seruilis non erit in pria Pz quia de rone timoris seruilis e pene timor sz talis non maneat Pz quia vt in 1a 2e q 5 ar 4 Probauit S. Thom. de rone beatitudinis e securitas, 2a conclu° e q filialis timor e manet in Pria, Circa istum arm sunt due difficultates Pa cum Alia dona remaneant in pria 2a difficultas e an hitus vitiosi acquisiti; ¶ Quantum ad Primam S. Thom. 1a 2e q 68. artlo 6. dicit q dona qtum ad hitus remanent in pria Quantum vo ad actus dicit q dona q Pertinent ad partem speculatiuam manent no tanqz ad actum manent q pertinent ad vim appetitiuam, Ad 2am difficultatem Gilleimus a cham. de 34. 3 q ultima dicit q remanent Quia cum aia sit subiectum hituum et non dependeat a corpore Quantum ad illos dicit q ille hitus male generati ex actibus malis remanent in de beatis et boni acquisiti ex actibus bonis remanet in damnatis, et sic dicit q Aliquis damnatus e studiosus et aliquis beatus vitiosus, sz non e hec opio vrrissimilis qz Cum dicatur qz difformitates corporis removebuntur ¶ Et propa Palud. in 3o de 34 q 1a ponit 3es conclues, Prima con° e q hitus boni generari, 2a conclu° q in Purgatorio et in lymbo. Patrum remanent hitus boni et corrumpuntur hitus mali ppr displicentiam, 3a conclu° q in beatis corrumpuntur hitus mali generati ex actibus malis //

## Questio. 20. de desperatione

¶ Articulus. 1o. Vtrum desperatio sit Peccatum?

Con° e affirmatiua q s sit Peccatum, Primum pot dubitari

de illo principio quod assumit quod omnis actus qui sequitur judicium verum est bonus etc. Potest dubitari utrum omnis actus sequatur judicium verum si ~~malus~~ bonus et falsum si malus nam videtur quod non ut tractabimus 1a 2e quia cum isto judicio fornicatio est delectabilis potest aliquis fornicari velle immo ~~amare~~ et in actuare talis actus quod est peccatum mortale licet illud judicium sit verum quod fornicatio est delectabilis, et confirmatur quia angelus et primus homo peccaverunt prius quam errarent ut dicunt omnes doctores ergo aliquis actus est malus et peccatum qui non correspondet judicio falso et primum aliquis dicit ego teneor dare eleemosynam cum hoc quod non tenetur et tunc si dat ille actus est bonus tamen illud judicium est falsum quia ille non tenebatur dare eleemosynam; ¶ R. quod s. thom. non locutus est generaliter quia differt dicere omnis actus bonus est conformis judicio vero vel omnis actus quia est conformis judicio vero est bonus et sic de falso nam de ista oppone videtur quod non possit dubitari actus quia est conformis judicio falso est malus et istam ponit s. thom. non aliam, ¶ et ideo argumenta isto modo manent soluta quia s. thom. non dixit quod omnis actus bonus est conformis judicio vero et ideo stat aliquem actum esse bonum qui non sit conformis judicio vero et patet ~~ex argumento alio~~ ex exemplo adducto in argumento de dante eleemosynam ¶ 2o dico quod in utroque sensu sunt ille propositiones vere et primo quod omnis actus verus est conformis judicio vero, dicit Aristot. in 2o ethicorum ubi dicit quod ad hoc quod aliquis operetur actum virtutis oportet quod operetur sciens eligens et conformiter ad judicium sapientis et similiter est vera alia propositio de actu malo, ¶ et Primo terco non potest esse actus bonus vel malus nisi deliberatus unde dico quod actus bonus dupliciter potest capi uno modo quod sit ultimate deliberatus et pro lene alio modo non pro lene i. non ultime deliberatus

Primo modo ut bonum est ingredi religionem, 2° ut bonum est mihi ingredi religionem. Sed de Judicijs Praticis dico quod quedam sunt ultimate parata ic. Alia vero non ultimate i. uno modo in genere. Alio modo in particulari in genere ut Pecunia est delectabilis mihi. Unde dico quod omnis actus sit est ultimate deliberatus et conformis judicio vero est. Vanus 3° dicendum est quod quando dicimus quod omnis actus bonus est conformis judicio vero etc. non est intelligendum quod in illo quod facit talem actum sit conformis judicio vero. Sed quod simpliciter sit conformis judicio vero nam iste actus volo dare eleemosynam est conformis judicio vero non existit in me sed iste judicio vero non bonum est dare eleemosynam sive existit in me sive non et pariter de malo et sic loquitur S. Thom. hic et 1° 2°. ¶ Sed est maior dubitatio quis actus est desperatio an sit actus intellectus vel voluntatis. Pro hoc suppono quod omnes actus contrarij oportet quod sint in eodem subiecto. Tunc etiam dico quod nullus est actus in appetitu qui non possit habere contrarium loquendo de actibus non naturalibus. Nam aliquis bene potest velle suam beatitudinem et non habere contrarium tamen ille est naturalis. Unde dico quod desperatio est actus voluntatis. Patet quia spes est actus voluntatis et desperatio sibi contrarianti et contraria habent fieri circa idem ergo etiam est in voluntate. ¶ Sed contra aliquis desperat sine actu voluntatis ergo non est in voluntate. Ans. pz quia sunt aliqui qui credunt se non habituros beatitudinem licet desiderent et ibi solum est habitus intellectus. ¶ Ad hoc Almain concedit totum cum suo Dionysio et ad argumentum quod faciebamus quod desperatio contrariati spei: sed contraria habent esse in eodem subiecto ergo cum spes sit in voluntate etiam debet esse desperatio in voluntate. Rr quod tripliciter potest esse desperatio

in particulari ut pecunia est delectabilis

Vno modo omissiue s. nec sperando nec desperando et tunc
est peccatum desperationis, Alio modo Priuatiue ut ille qui
habet talem actum in intellectu s. ego non habeo beatitudinem
quia ille priuat se actu spei. ¶ 3o pot aliquis desperare positiue
et contrarie ut quando aliquis dicit ego scio quod si non relinquo
alienum non consequar beatitudinem. Tn malo non consequi quam re
linquere alienum et isto modo 3o maxime loquitur s. thomas
lz tribus modis sit peccatum. ¶ Dico tn quod omnibus tribus mo
dis est desperatio in voluntate quia illa omissio est in voluntate
et etiam illa Priuatio sicut et contraditio non aliter non est peccatum
¶ Preterea dubitatur Curaid quod dicit quod omnis actus appetitus
conformiter se habens in intellectu falso est sm se malus, Queritur
Posito illo iudicio falso ego non habeo beatitudinem possit aliquis
sperare. pz Quia cum illo falso iudicio pot aliquis efficaciter de
siderare beatitudinem. Probatur hoc quia quantumcumque ali
quis impediatur ab aliquo actu pot efficaciter desiderare illum
actum; exemplum si ego detineor ut non interficiam inimicum
quem iam volebam interficere. Tunc ego habeo iudicium quod non
possum interficere et tn habeo desiderium efficaciter interficiendi
quod manifestum est ex eo quod illa voluntas iudicatur esse peccatum
ita sicut si interfecissem, ¶ Ad hoc respondet Albmain
dicendo primo quod duplex est bonum quodam est bonum quod
non est in potestate alicuius Aliud est bonum quod est in potestate
Tunc dicit quod loquendo de bono quod non est in potestate mea dicit quod
cum desiderio efficaci obtinendi stat iudicium quod non obtinebit
ut ille qui habet desiderium interficiendi inimicum cum iudicio
tn quod non interficiet quia non est in potestate eius, tn loquen
do de bono quod est in potestate nra dicit quod implicat quod efficaciter
desideremus iudicemus quod non obtinebimus ut de infirmo desideranti

a quam p3 utrumq; ¶ Et ad argumentum dicit q impo
ssibile e q ego efficaciter desiderem beatitudinem et q iudicem
q non hebo Qz si desidero efficaciter Ponam media et posi
tis medijs e in potestate mea Consequi beatitudinem, sed
Ponamus de Aliquo Qui peccavit in spm sanctum q desi
deret efficaciter beatitudinem, tunc ille, et confirmati
Quia sequitur q illi qui sunt in inferno possunt efficaciter de
siderare als sperare et ideo ad argumentum Quo dicis qd
Cum illo iudicio ego no hebo beatitudinem Pot Aliquis effi
caciter desiderare; Dico q e impossibile q cum illo iudicio
Possint efficaciter desiderare lz bn possint conditionaliter et
remisse, Articulus 2.

¶ Utrum desperatio Possit esse sine infidelitate
Conclusio e affirmativa; Et hi dubitatur Quia videtur q s
Thom no recte excuset desperantes a Peccato infidelitatis
Quia si ille het iudicium istud Beatitudo no e mihi possi
bilis Sic arguo illa propo e heretica q ille qui het illam
e hereticus? Ans p3 Quia eius opposita e de fide s Beati
tudo e mihi possibilis Quia sequitur ex una de fide ~~[illegible]~~ ex ista silicet
Omni viatori Beatitudo e possibilis et confirmati Quia si
quis diceret isti homini no e possibilis tibi beatitudo ille eet
hereticus Qui illud diceret Respondetur ad hoc q si quis
Probaret q quicunq desperatur e hereticus Pariter heret
Probatum Quod quicunq Peccatum mortale Committit
e hereticus 2o dico q desperantes facile excusantur ab
infidelitate Qz Pot ee q illud iudicium sit verum in des
peranti s ego non hebo Beatitudinem, Primo tercio dico q si
cut supra dicebamus no sufficit ad hoc ut aliquis sit
hereticus Requiritur q non solum Propositio Circa quam

errat inferatur ex una de fide sed quod aduertat illam
ee de fide quia desperans non aduertit an inferatur ex fide
ideo non est infidelis, sic dicebamus q agricola quia errat
circa articulos peccat ex negligentia tamen non est infidelis sic
dicendum de desperatione, ¶ Vel dico q illa propo beatitudo
no est mihi possibilis, facit istum sensum i. frustra spero beatitu
dinem quamdiu sum peccator &c.

Artio 4o

¶ Vtrum Desperatio sit maximum peccatum &c.

Dubitatur circa id quod dicit q si posset ee conuersio a bonu
commutabile sine auersione a deo quam e bonum comunicabile
quis eet inordinata non eet peccatum, In 1 2 tractaui
mus vtrum si deus tolleret omne preceptum vtrum eet
peccatum furari vel necare vel non venerare parentes
vel an eet aliquid peccatum mortale; ¶ Aliud dubiu
sequitur ex hoc vtrum quis possit here ignorantiam in
vincibilem q deus e quia qui ignorat inuincibiliter q non e
deus pot putare q non e lex diuina et per consequens non
peccaret necando nec furando ille talis sz vtq aliquis
possit ignorare inuincibiliter q non e deus quia e intra sarra ce
nos et facit quod in se e tn ignorat per aliquod tempus g.
¶ Respondetur q impossibile e q sit peccatum nec mortale nec
veniale ita q actus non dicit bonus nisi quia conformis legi
diuine, nec malus nisi quia dissonus illi et istud tz s thom
1a 2e et ut pz etiam ex diffinitione agustini q peccatum est
dictum factum aut concupitum contra legem dei, ¶ ex quo
infertur correlarium q stando in opione que dicit q deus
pot tollere omnem legem et q pot percipere odium dei q pot
aliquis viator adulterare et necare et non peccare sz nos

Sed nos non tenemus quod isti supponunt quod s. deus possit tollere omnem legem; Immo dico quod deus de Potentia ordinata non potest tollere omnem legem. ¶ Ad 2.m Dubium dico quod Probabile est quod non possit peccare. Ad argum. dico quod nullum est malum Quod non possit dimitti per ignorantiam invincibilem, 2.o dico quod ille qui invincibiliter ignoraret deum esse non haberet ossum rationis, 3.o dico quod talis licet habeat ignorantiam de deo invincibilem tamen non habet ignorantiam de lege naturali Quia lex naturalis scripta est in cordibus nostris et Quia contra legem naturalem est intelligere vel non venerari parentes ideo semper illud est Peccatum.

## Articulus 4.us

¶ Utrum desperatio ex accidia oriatur. Ponit s. Thom. istas origines Peccatorum Propter duas utilitates Prima est ut sciamus reducere omnia Peccata ad 7 Peccata Capitalia, 2.a utilitas est ut non solum sciam evitare Peccata sed Pericula que ex illis sequuntur, Conclusio est quod desperatio magis Proprie oritur ex accidia quam ex luxuria nam quod sit bonum et arduum non est ita proprium spei sed quod sit possibile habere est Proprium spei et Quia luxuria revocata spe tanquam a bono arduo ita accidia revocat a spe tanquam ex parte Possibilitatis Quia reputat impossibile ideo magis proprie oriri ex accidia quam ex luxuria; ¶ Sed dubitatur utrum libidinosi Peccent semper duobus Peccatis s. luxuriae et desperationis, et Pariter utrum luxuriosi accidiosi peccent semper Peccato accidiae et desperationis. Dicendum quod non Quia non semper oriri desperatio ex luxuria vel accidia sed Potest replicari Si quis scit quod quando cumque it ad locum scorti

scortatur ille non solum peccat quando scortatur sed quando
it ~~illuc~~ illuc quia sponit se periculo illi g° cum desperatio
sepius oriatur ex luxuria vel accidia; videtur quod qui peccat
peccato luxurie vel accidie exponit se periculo desperationis
et per consequens videtur quod tunc peccat peccato desperationis, ¶ R.
quod non semper peccat aliquis quando exponit se periculo ut
si aliquis ignorans veniat ad aliquem locum ubi invenit
periculum ut scortum non ideo tunc peccat quia expo
nit se periculo quia iste ignorabat se venire ad locum peri
culi; 2° dico quod non peccat aliquis mortaliter quando
se exponit periculo nisi probabiliter sciat se non evasurum
periculum, sed si tamen sciat se evasurum periculum quia resistit
tunc si exponatur illi periculo sciens probabiliter quod evadet
quia alias restitit tunc ille non peccat saltem mortaliter ~~dis~~
exponendo se periculo licet forsan venialiter; et pariter
si aliquis habet famulam domi cum qua si habuit semel vel
bis copullam si tamen postea peniteat et nollit amplius acce
dere non teneri eijcere illam extra domum. Propter pericu
lum sic dico, ¶ Sed dico quod quando aliquis cum magna difficul
tate potest abstrahi a libidine; ex eo quod est nimis involutus in ea
tunc ~~[illegible]~~ ille est in periculo desperationis, //

## Questio. 21. de Presumptione

¶ Artic. Primus utrum presumptio inititur
deo an proprie virtuti. Presumptio potest uno
modo summi quando nimis inititur virtuti sue et non aliene
et tunc non est peccatum in spiritum sanctum nec opponitur proprie
spei sed opponitur magnanimitati. Sed alio modo potest sumi
quando inordinate nititur virtuti divine et hec est proprie

spes Peccati in spum sanctum & proprie opponitur spei
¶ Dubitari pot utrum volens perseverare in peccato usq
ad mortem nolens restituere vel aliquid simile facere
si ille vellit salvari utrum peccet Peccato presumptio
nis nam si non vult salvari peccat Peccato desperationis
ergo si vult salvari Peccat peccato Presumptionis sed dice
tis iste non dicit quod vult habere gloriam sine meritis & quod
inde licet non habeat volitionem & se habeat negative
virtualiter habet illam volitionem quod vult ire sine meritis
virtualiter ad gloriam & ideo pariter peccat sicut si haberet
formaliter illam volitionem sicut dicebamus de illo qui di
cit ego volo ire ad missam & Alius qui scit theologi
am non dicit non ibo ad missam in vult ire; ita quod pri
mus habet formaliter volitionem, sed iste habet se solum pri
vative in ita bene Peccat iste. 2º sicut Primus ¶ Sed
Pot dubitari utrum absolute desiderare vitam eternam
non possitis me dgs & non posito pro medio adiutorio dei utrum
sit presumptio, Dico quod non quia licet non dicat ille formaliter
quod vult cum adiutorio dei sat est quod virtualiter vult
illum medium //

Artic. 2º

¶ Utrum Presumptio sit Peccatum, Conclusio
est affirmativa, Dubitatur Quia dicitur quod Presumptio est pec
catum mortale utrum Presumptiosi Perdant virtutem
spei vi quod non Quod Probo Quia qui Perdunt virtutem
spei desperant Sed Presumptiosi non desperant ergo. Sed
in contrarium est Presumptio opponitur spei sed unum quod
expellit aliud contrarium suum ergo dico quod Presumptio est peccatum

Peccatum mortale expellit virtutem infusam spei si sit veniale non expellit, ¶ dubitatur etiam circa id quod s. thom. q desperatio e grauius Peccatum q Presumptio. ¶ Contra presumptio no pot ee sine infidelitate desperatio pot ee sine infidelitate. g. ans pz Quia qui presumit no credit deum vti iusticia; Dico q illud quod Presumptuosus credit no e Proprie infidelitas cogitans q beatitudo e sibi possibilis sine meritis et gra. Secus tn si inuniuerse cogitaret illud. //

Articulus 3º

Vtrum Presumptio magis opponatur Timori q spei. Conclu e q Presumptio potius opponitur spei q timori. iste articulus solum conducit ad intelligendum per quid debeat aliquis reuocari a Presumptione, nam quando volumus aliquem Reuocare a presumptione no debemus inducere ad timorem q forsam induceremus ad seruilem sz debemus inducere ad spem dicendo vide q si vis consequi gloriam debes ponere media necessaria; //

Artiº 4º

Vtrum Presumptio Conatur ex mani gloria; Ex istis articulis possumus elicere q huiusmoi Peccata grauiora vt presumptio nunq veniunt sola sz concomittantur illa alia peccata //

## Quio. 22. de Preceptis Pertinentibus ad Timore & spe

¶ Artiº. 1º. Prima conclu e q Precepta q sunt de substantia legis illa in scriptura sacra ponuntur Per modum preceptorum vt non occides. non furaberis. Precepta aut q sunt Preambula vt Preceptum de fide et spe ista talia non ponuntur Per modum Preceptorum dicet ideo q in scriptura sacra huiusmodi precepta de fide ponuntur Per modum admonitionis Preambule

Quia si aliquis non crederet nec speraret frustra eet ponere alia Precepta illi. Sed Postq aliquis credit et sperat et imponunt sibi Precepta decalogi, Dicendum q tunc etiam imponunt spialia Precepta de fide et spe itaq si quis no observat illa credendo et speriando comittit spiale peccatu

¶ Dubitatur Circa id quod dicitur in q q tenemur sperare sub precepto videtur q non sit illud determinatum in scrip^a sacra et etiam dubitatur Quando obligat tale Precep^m. Respondetur q illo Precepto obligamur sicut alijs affirmatiuis ad nunq faciendum Contrarium illi precepto ut dilliges deum illo Precepto obligamur ad nunq odiendum deu et sic de alijs affirmatiuis Quibus obligamur ad no faciendum Contrarium ut etiam s. Thom tangit in solutio^e ad 3^m argumentum Unde tandem concludo q Precepto de fide aut de spe obligamur nunq discredere aut nunq desperare, Unde dico q Precepta affirmatiua sunt data ad prohibendum solum actus contrarios ad quod obligant Pro semper et stat nos nunq adimplere ista Quan^o cassus non occurrit ut q non dilligat actu aliquis proximum si nunq occurrit sibi cassus ita stat aliquem si no occurrat Cassus non oportere q formet actum spei, 2^o Pot dici sicut diximus de fide Q tunc aliquis obligatur credere Quanto citius pot. itaq si sunt Preceptores Qui vellint docere aliquem xpianum Qz Primum venerit ad ossum ronis non Pot differre doctrina articulorum itaq si ex negligentia rellinquat tenetur cofiteri illud peccatum sic de spe dicendum q qz primum aliquis audit q e alia vita teneti sperare Quia vr q difficile eet servare precepta

sine spe Premij sz dices verisimile e q multi no spe
rant q primum pot tn non formant conscias nec confi
tentur illud, Respondetur q non e verisimile q aliquis
si credit q e aliqua alia vita quam desideret illam
quia illud e homini nate et ideo non e opus formare consci
entiam, 3o. dico q sicut dicebamus q postq semel cre
didit actualiter sufficit credere habitualiter i q sciat et sic in
actu Primo quoiusq occurrat necessitas ita dico de spe q
postq semel in initio speravit satis e q postea virtualiter
spem habeat dummodo no occurrat necessitas nam si sit pec
catis agitatus, tunc tenetur forsan se revocare spe vel
timore a Peccatis &c. ¶ dubitatur Primum terca utrum pre
cepta de spe obligent omes utrum vlz illos quibus fac
ta e revellatio de sua damnatione ut dns dixit Judeis
in Peccatis vestris moriemini et dominus inde ve illi
&c. Melius fuisset si natus no fuisset et videtur q teneri
sperare quia propterea q damnabiliter non dispensatur in illo
in Precepto aliquo, in 2m e quia si aliquis het Judicium
q damnabiliter non pot sperare g multo minus si sibi e revel
latum cum certior sit revellatio, hoc dubium het duas
partes Prima utrum sit Possibile q alicui fiat revellatio
de sua damnatione, ¶ Pro solutione istius dubij notandum
q 2x pot ee revellatio una exterior q e voce scripto vlz
signo ut quando dominus Petro revellavit negationem quo
dixit ter me negabis. Alia e interior quando deus movet
mentem et intellectum et sic facta e revellatio Prophetis na
revellatio interius no e aliud q q deus moneat intellectum ad
assentiendum alicui propositioni de occultis, ¶ Item ad

Adhuc duplex est reuellatio quedam absoluta, ut quod anti
xps erit absoluta debemus credere et quod damnabitur nam
non debemus credere quod post tm tempus erit antixps vel
cum tali conditione sed absolute; Alia est Reuellatio con
ditionata quae non est proprie Reuellatio ut si deus Petro dixis
set si volueris ter me negabis et de illa dico quod non est
propria sed est alia quae licet absoluta sit in verbis tamen in sensu
conditionata est ut patet de reuellatione quae facta fuit Ezechiae
Regi quando 4o regum 20 et Esaye 38 et 2 paralipo.
32 Dixit ex reuellatione dispone domui tuae: morieris: mihi
licet Reuellatio illa in verbis absoluta sit tamen implicite intel
ligitur conditio morieris, scilicet nisi deus aliter disponat. Istos sup
posito quero utrum possit alicui fieri reuellatio de sua
damnatione loquendo de reuellatione conditionata; Prima
propositio est quod potest alicui fieri reuellatio conditionata et commi
natoria de sua damnatione ut patet ex eo nisi penitentiam egeri
tis omnes simul peribitis quia ex tali nullum inconueniens
sequitur nec tollit spem. Sed loquendo de absoluta et interio
ri utrum vel deus possit mouere intellectum alicuius ad
assentiendum huic propositioni ego damnabor; 2a pro
loquendo de lege ordinata nunquam facta est neque fieri potest alicui
talis reuellatio de sua damnatione quod patet quia tunc
sequerentur multa pericula. Primo quia stante illa non posset
aliquis sperare quod esset contra preceptum de spe. ita cum
desperatione difficile esset obseruare ista precepta nam si non
speret quomodo caueret a peccatis. Et si deus reuellaret
alicui suam damnationem esset magna tentatio, Deus autem
tentator malorum non est ipse autem neminem tentat ut habe

ut habetur Jacobi Primo, §. ¶ Loquendo de absoluta exteriori videtur quod possit fieri revellatio alicui de sua damnatione ut de Juda de quo dictum est melius fuisset si natus non fuisset ille homo, et Judeis in Peccatis vestris moriemini, ¶ 3a propo revellatio absoluta exterior potest fieri alicui de sua damnatione saltem de lege absoluta. Probatur quia nullum est inconveniens de potentia absoluta quia sicut de potentia absoluta videtur quod deus revellare possit omne verum et sic ista propositio secundum omnes est vera. ¶ 4a propo loquendo de lege ordinata videtur quod non possit fieri alicui revellatio absoluta de sua damnatione etiam exterior et hoc s. Thom. in 1o sentiarum dist. 48 ar. 4o ad 2m q. 1a unica dicit ibi quod positio quod ponit revellationem fieri alicui de sua damnatione est quasi impossibilis. Si tamen fieret talis revellatio posset credere esse secundum comminationem et non secundum prescientiam, ¶ ex istis verbis patet quod loquitur de revellatione exteriori et non interiori et de conditionata et non de absoluta quod patet quia si ponatur revellatio interior non est in potestate alicuius credere quod non est verum quia si ego assentior quod sum damnandus non possum credere oppositum et sic quando dicit quod potest credere quod est comminatoria loquitur de exteriori, et quando dicit quod est quasi impossibilis loquitur de lege ordinata et de revellatione absoluta sed loquendo de interiori absoluta, ¶ 5a propo probabile est quod non potest alicui fieri revellatio interior absoluta de sua damnatione de quacumque potentia loquendo istam tenet Altissiodorens. lib. 2o c. 97 et Bonaventura in 1o distinctione 48. et Ricard. in 1o dist. 38. Dico tamen quod hoc intelligendum est de viatore quia in inferno bene potest alicui fieri revellatio quod nunquam exibit sed de viatore si fieret talis revellatio videtur quod postea non est in potestate ejus

.14.

q̄ saluetur cum deus non possit mentiri ¶ Item sperare beatitudinem, vt q̄ sit preceptum legis naturę sicut est illa, accedentem ad deum &c. g° vt q̄ deus nō pōt reuellare alicui suam damnationem. Reuellationem inferiori alias interiori absoluta. ¶ 2ª Propositio Probabilior ē communior q̄ opinio q̄ deus pōt alicui facere talem reuellationem etiam in particulari de potentia dei absoluta istam adam in q° 6 3ª sententiarum et olchot in q° 22 et Aliaco Almani Gabriel. Quod probant quia talis reuellatio ē unum verum g° deus pōt de potentia absoluta illud facere. Et ad inconueniens quod sequitur q̄ non ē in potestate nr̄a sua saluari dico q̄ illud ē ex culpa sua quia quia nisi deus sciret q̄ ille ex culpa sua damnabitur deus nō reuellaret illi suam damnationem immo existenti in gr̄a pōt reuellare quia Judas aliquando stetit in gr̄a vt s. Thom in q. 6 de veritate q° 23 ar° 8 dicit idem s. q̄ pōt alicui fieri reuellatio interior de sua damnatione et tamen hoc nunq̄ deus fecit nec facit tamen pōt facere et hoc tenetur ab istis doctoribus tanq̄ indubitatum ¶ Queritur de 2ª p° dubij vtrum facta talis reuellatione vtrum aliquis posset desperare vel vtrum teneatur et obligetur p° cepto desperare. ¶ Prima propo° dico q̄ posita tali conditionata reuellatione siue exteriori siue interiori teneti aliquis sperare quia conditionata non tollit spem et ē ibi conditio nisi faciat penitentiam q̄ ē in potestate illius. Sed maius dubium ē de absoluta et Primo de exteriori absoluta vtrum possit et teneatur sperare. ¶ 2ª propo° sicut s. Thom dicit primo 1° d° 48 ar° 4 q̄ talis cui facta ē talis reuellatio deberet credere q̄ talis ē comminatoria et conditionata Probatur quia teneti vitare peccatum g° teneti credere et q̄ pōt

vitare et ideo tunc dico quod tenetur sperare facta tali
Reuellatione. ¶ Sed arguitur sic contra hanc ponamus quod Jude
facta fuerit exterior absoluta de sua damnatione sicut Judeis
facta fuit absoluta tunc illa est absoluta quo iste tenetur crede
re absolute. ¶ Respondeo negando conseq̃am quia licet absolute
ezechie in verbis fuerit facta absoluta tamen credidit condi
tionate et sic de ninivitis. ¶ Sed contrarium potest esse quod inte
tio dei reuellantis sit absoluta ut ve homini illi etc. quo iste
tenetur credere absolute quod damnabitur. Respondeo negando conseq̃am
sic petro facta fuit absoluta tamen non credidit absolute sed
conditionate cum dixerit si oportet moriar pro te. ¶ Sed contra
replicatur si dicatis quod tunc non tenetur credere absolute
sequeretur quod eodem modo liceret mihi non credere absolute de
alijs reuellationibus absolutis absolute ut quod erit dies Judicij
vel ex hoc quod absolute non teneamur credere sicut non tenebatur
petrus credere absolute quod negaturus erat quia non videtur
maior ratio de uno quam de alio. ¶ Respondetur a doctoribus quod reue
latio absoluta de futuro potest esse talis quod habeat preceptum in
contrarium et tunc non tenetur credere absolute ut reuela
tio Jude facta quod traditurus esset xpm quia habebat precep
tum in contrarium dirigens. Diliges dominum deum tuum ideo non
tenebatur absolute credere illi reuellationi. Sed reuelatio quae
non habet in contrarium preceptum debet credi absolute ut quod
dies Judicij erit non habet preceptum de contrario ideo debe
mus credere illam absoluti. ¶ Sed contra hoc replicatur
quia filij israel crediderunt moysi dicenti quod quilibet
commodato acciperet vasa argentea ab vicino et omnes
dicunt quod non peccauerunt. Sed contra non debebant credere

absolute moysi Quia hebant precepta de Contrario s. ne que
ras res alienas; Sed in contrarium e Quia non peccauerunt
g° ubi e preceptum in contrarium adhuc pot quis credere reuelati
oni absolute. ¶ Dico q quando aliqua reuelatio de
aliquo de cuius opposito hemus preceptum debemus credere
illam conditionate si ibi pot cadere conditio ut de reuela
tione Petri ibi cadit conditio tn quia in illo iudeorum non
cadit conditio io non tenebantur illi credere conditionate
si tn possit cadere conditio deberet credere conditionate
¶ Sed dubitatur si facta reuelatio interiori absoluta an aliquis ta
lis teneatur t. possit sperare cui facta e talis reuelatio
¶ Prima propo stante tali reuelatione in sensu composito
talis non pot sperare nam cum illo iuditio ego damnabor
non pot se compati desiderium efficax beatitudinis etiam
si heret desiderium inefficax illud no e spes. ¶ 2a propo
Q talis non teneti desperare nec cogitur ad desperandum
desperatione positiua 3o modo. ¶ 3a propo q facta tali
Reuelatione alicui talis non tenetur velle suam damna
tionem immo peccaret volendo suam damnationem et hoc
pz Quia si ego desiderarem alicui Sarraceno Quem scirem
damnandz damnationem Peccarem. g° si mihi vellem pecca
rem, hoc tenet s. thom. 1e de veritate q. 23 ar. 8 dicta
3a propo e Contra Gregorium armine 1 Semiar. d. 48 Sed apo
s. thom. 1a 2 q. 19 artic. 10 disputauimus utrum qui
libet teneatur conformare voluntatem suam voluntati
diuine. ubi dubitauimus Q non semper. Quia si
deus Reuelaret mihi q pr meus damnabitur ego no teneor
velle illud. Sed rogare deum q pr meus non damnetur

¶ Sed quia diximus in sensu composito utrum stat quod deus ab eterno sciuit antexpm damnandum et antexps non damnabitur ista non stat in sensu composito tn absolute loquendo stat quod deus ab eterno sciuit Petrum negaturum et quod non neget, ¶ Sed ponamus quod Petro vel Jude: deus reuelet quod damnabitur interius reuellando; utrum tunc ille teneatur sperare et possit sperare facta tali reuellatione absolute. Dicunt omnes doctores quod non pot. et quod non tenetur sperare facta tali reuellatione quia jam adempta e illi potestas, et dicunt quod deus dispensat cum illo in precepto de spe // Sed ego sepius impugnaui illud. ¶ Sic arguo in contrarium illorum iste pot saluari g° pot sperare ans pz e viator g° pot mereri et demereri vitam eternam nam si e in gra pot non perdere si in Peccato pot peniteri g° pot saluari. nam ex hoc quod facta e reuellatio non cogitur frangere precepta ¶ et confirmatur hoc quia licet Paulus erat liber ad Peccandum nihilominus reuelauit ei suam salutem ubi dixit, sufficit tibi gra mea, ita dico de damnatione, quod facta quacunque reuelatione interiori pot aliquis sperare quia pot facere quod no fuerit sibi reuelatum g° pot sperare conia e nota et ans probo quia pot saluari cum sit viator g° pot facere quod non fuerit sibi reuellatum, ¶ Item ponamus aliquem qui solum heat peccatum desperationis et non aliud Peccatum ut fuit quedam mulier. Parisius. tunc deus reuelet illi suam damnationem tunc suppono quod quando facta fuit reuellatio. ad huc non desperauit tunc vel ille teneti sperare et heo intentum quod etiam pot si non tenetur sperare g° dato quod desperet non Peccat et tn damnatur g° propter Peccatum desperationis et sic pot et teneti sperare,

Articulus 2°

Utrum de timore sit datum aliquod Preceptum, 2ue conclues Prima con° e quod de timore non e ponendum Preceptum

VICTORIA UNIVERSITY

VICTORIA

Victoria in 2.2

# Questio 23. de charitate

Magister Postquam tractauit in d. 26 in isto 3 seniorum de spe Nunc in 27 incipit disputare de charitate et in isto Prima d. Ponit 8 Propositiones. ¶ Prima propo quod in xpo fuit charitas. Et illo maiorem charitatem nemo habet. Joa. 14 Sed xps posuit animam suam pro amicis. ¶ 2 conclusio est quod Charitas ex qua inferuntur 2 mandata // ¶ 3 propo quod non oportet ponere 2as charitates unam qua deum aliam qua proximum diligimus sed una est charitas qua deum et proximum diligimus // ¶ 4a propo quod differunt quia deum propter se sed proximum aut non propter se sed propter deum diligendus est // ¶ 5a propo debent homines diligere se sine medium et terminum ¶ 6a Propo quod diligamus deum toto corde et ex totamente non potest adimpleri in via tamen Proponitur illud Preceptum ut semper tendamus in maiorem dilectionem et ut intelligamus quomodo diligemus in patria // ¶ 7a Propositio ad declarandum unam authoritatem quando dicit Paulus qua Qui diligit proximum adimplet preceptum et finis Precepti charitas qua intelligit de dilectione Proximi // 8a Propo quod non omnia sunt diligenda ex charitate sed solum illa que nobiscum habent aliquam participationem //

## Articulus Primus

¶ Utrum Charitas sit amicitia. Conclusio est quod charitas est amicitia hominis ad deum ut patet ex distinctione amicitie ¶ Primo dubitatur quia in scriptura sacra multa nomina dicuntur de hominibus in ordine ad ipsum deum. Primo dicuntur filius dei aut pater ipse Pastor nos oues ipse sponsus anime sponse. Tamen ista dicuntur Per quandam translationem

nisi Prius aliquid boni communicauerint et mutua beneficia
fuerunt inter illos et ideo dicit quod oportet prius esse communicationem et
inter eos et sic antecedenter intelligitur requiri communicationem sed quod
causatur ex communicatione. ¶ 2° requiritur ad amicitiam nimia
Conuersatio et communicatio bonorum et beneficientia tanquam effec-
tus quia non potest in aliquos mutua beniuolentia nisi sit beneficientia
quia beniuolentia per beneficientiam conseruatur. Videatis ista
apud Aristot. 8. ethicorum et 9. ethicorum 5°. et in 8. Thom.
dicit quod perfecta amicitia est secundum virtutem. ¶ Sed quia diximus
quod communicatio bonorum requiritur ad amicitiam, non quod diligamus
amicos propter beneficia sed propter se ipsos. ¶ Dubitatur quia
inquit Aristot. non omne quidem amabile sed bonum ipsum et
unusquisque amat summum bonum ita quod si deus non esset in nobis
summum bonum sed in se sit summum bonum non possumus amare
ipsum si ergo non possumus diligere amicum nisi propter bonum
proprium sequitur quod cum amicus non sit bonum proprium
nostrum ratione sui ipsius erit ratione beneficiorum ergo non potest amicus ama-
re amicum propter ipsum sed potius propter se ipsum. ¶ Respondetur
amici sunt nobis bona propria non quod recipimus ab ipsis beneficia
sed quia ipsi met sunt bonum honestum nobis et ita dicit Arist.
8 et 9 ethicorum et patet quia equus est bonum meum ergo multo
magis frater meus ut amicus et ego malem perdere bona
temporalia quam fratrem. ¶ Dubitatur quia dicit Arist. in eodem
8°. quod ad amicitiam requiritur iustum quodam et quedam equa-
litas et largitio ad inuicem beneficiorum, cum ergo nos non possumus
habere talem amicitiam cum deo quia nichil possumus ei dare
equale. ¶ Respondetur quod est quedam equalitas excellentie
que est equalitas proportionis ita quod unusquisque det prout est sua
facultas et sic sicut deus dat nobis beneficia ita damus nos

equalitate cum deo
vel quod non possumus ha-
bere talem

Quod hemus quia ipse corde contentus erit, et ex illo filium
Prebe mihi cortum. Alia amicitia que est simpliciter equa
litas erit inter fres et ista non est inter deum et nos sed p. Q
rit Caiet. Quia est quedam amicitia inter principem et subiec
tos alia inter pres et filios. Alia inter maritum et uxorem
Querit ergo quem locum habet amicitia inter deum et hominem
inter omnes istas amicitias excellentia an sit sicut regis
ad subiectos. Rr. quod licet omnes iste conveniant inter
deum et hominem tamen magis proprie amicitia que est inter pnm
et filios. Sed dubitatur quia quod requiritur communicatio
bonorum quia nos non habemus bona propria que demus deo quia
ipsius sunt bona. Rr. quod sunt quedam bona dei que sunt ejus
perfectiones et illa non possumus dare sed solum debemus
gaudere quod deus habeat talia bona ut complacet quod sit omni
potens. Alia bona sunt que deus dedit nobis et talia
dicuntur esse ad deum sicut priora dicuntur esse in deo et ista
debemus desiderare deo ut s. gloriam et obedientiam
et etiam bona temporalia quorum deus nos fecit domi
nos donando Pauperi damus deo p. mathei 25.

Articulus 2

Utrum Caritas sit aliquid creatum in
anima; movetur particulariter ista quia magister sentiarum
tenet quod Caritas non est aliquid creatum in anima sed est ipsemet s.
factus spus et in 3 de 23 multipliciter intendit probare
quod licet spes et fides sint aliquae formae existentes in anima tamen
Q. Caritas non est tumor ideo dicit quod est ipsemet spus fac
tus et moveti ex d. augustino et etiam excellentia cha
ritatis. Doctor tamen impugnat magistrum quod plurimis rationibus
et ponit suam conclusionem. Con. doctoris est quod Caritas est habitus

hitus a deo infusus. Pz quia s. q. 6. ar. 1. ponitur fides infu
ssa. Quia credere e super nam hominis sz dilligere deum sup
omnia ex charitate excedit facultatem hominis g. ops po
nere eam. ¶ dubitatur 1. in quo gradu reponenda e opio
magri an sit heretica et erronea. R. quod non e heretica
Qz non pot impugnari ex scriptura facta. Nec e erronea
Quia illa solet ee erronea q e intolerabilis ista tn substen
tabilis e cum sint authoritatis apparentis ad illam corrobo
randam tn. Cum teneamus de fide et ipse q sunt forme
tenendum e de charitate q e forma infusa. ¶ Dubitatur
etiam circa Probationem s. thom. pro quo potestis videre
Capreol. in 1. d. 17. Quomodo intelligi q dilectio dei super
omnia excedat nalem facultatem voluntatis. Qui optime
declarat. ¶ Sed dato q ita sit sicut dicit doctor q dilectio
excedat nalem facultatem voluntatis humane no sequitur
q requirat in aia forma creata. Qz excitare mortuum
excedit nalem facultatem tn ad illud non debet deus
sanctis formam creatam sz auxilium spiale g. nec ad dillige
dum requirit auxilium spiale al spuale. ¶ Et confirma
Quia deus pot facere q voluntas sn forma dilligit eum sup
omia g. ¶ Sed ad hoc respondetur si inspiciatur in littera q si
ad dilligendum no daret forma aliqua non eet suaviter or
dinatum Quia ad actum virtutis requiritur hitus conalis
homini ut operetur delectabiliter, si g. actus charitatis no
causaret ex aliqua forma creata non operaret illam ho
ppote et delectabiliter cum non haret aliquid conalem in
se. ¶ Sed adhuc arguitur q dilectio dei super omia no exce
dat facultatem Quia oppositum tenent omnes doctores et

et eo quod sic posuimus et ut supra diximus credere arti
culis fidei sine fide infusa ut heretici credunt ita pote
rimus diligere deum super omnia sine charitate infusa
¶ Rr quod est valde difficile quod diligere taliter quod relinquat
patrem et matrem est quod sine habitu infuso sic dixi de fide quod
dato iste posset credere unum ad quod alterum articulum si
ne auxilio spirituali quod datur per fidem infusam non tamen
omnia necessaria ad salutem ita nec diligere deum super
omnia mente sic impossibile est cecum ramam ire sine duce
licet possit per aliquot passus est ita difficile quod possit nullus potest
credere illa nec esset possibile quam aliquis operaretur quod
sue saluti sine habitu infuso a deo et hoc dicitur moraliter
impossibile ita et quod renuntiem omnibus propter deum est
ita difficile quod moraliter loquendo excedit naturalem potentiam
et moraliter est impossibile et etiam non posset operari volun
tas propositi et ita ratio dato quod moraliter loquendo non esset im
possibile tamen ad hoc indigeremus habitu ad propositi dillige
dum ¶ Sed contra hoc ultimum arguitur potest acquirere
habitum acquisitum ad diligendum et ille posset operari
propositi et delectabiliter quod non requiritur alius habitus s.
infusus ¶ Rr negando consequentiam quia ad acquirendum
illum habitum requiritur multum tempus quia iustus in tem
pore subitaneo fit amicus dei et tunc requiritur quod diligat
deum statim prompte et delectabiliter et cum statim non
posset habere talem habitum acquisitum post suam coner
sionem ad prompte operandum requiritur infusus habitus
¶ ~~Dicitur~~ Preterea quia alias melioris conditionis esset pec
cator habens acquisitam quam iustus carens illa nisi infusa sit

¶ Dubium est circa id quod dicit doctor quod Charitas facit propitius et delectabilius operari quam alie virtutis et pre terea hoc est contra sententiam modernorum qui hoc negant de omni habitu infusso et pro sunt duo pueri unus baptizatus et alius non et veniant ad cussum rationis et uterque putat se esse baptizatum tunc uterque operati delectabiliter et equaliter inclinantur ad opera virtutis tamen unus non habet habitum infusum ergo illud est falsum. ¶ Dubitatur ergo primo quia non experimur talem promptitudinem ut peccator postquam convertitur tam habet charitatem tamen tunc non experitur tantam promptitudinem ad actum charitatis, sicut ad alios actus quos exercuit ante tum etiam quia dicit quod non solum facit promptitudinem sed maiorem promptitudinem ¶ Contra promptitudo ut aristot. dicit in ethicis est proprium virtutibus sed proprium non recipit magis et minus ergo videtur quod charitas non habet maiorem promptitudinem nec etiam ratione sue intensionis quia charitas non est intensior quam fides ¶ Respondeo quod charitas ratione sui est virtus quia intelligit de se deum et facit actum virtutis de per se; Alie autem virtutes firmiter charitatem non faciunt actum perfectum sed ratione charitatis ita quod alie virtutes non sunt perfecte virtutes nisi per concomitantiam charitatis et ideo dicendum quod magis promptum agit charitatis habitus et magis inclinare dicitur ¶ Sed dato quod illud sit verum quod alie virtutes non sunt proprie virtutes nisi ratione charitatis ideo non videtur quod faciat maiorem promptitudinem dato enim quod sit perfecta et alia sine illa non tamen hoc habet ex fine et ex obiecto et non ex parte voluntatis et ita non videtur quod magis inclinet voluntatem quam alie virtutes. ¶ Ideo respondet Caiet. quod inclinatio

Non est nisi quidam amor, ut fortitudo amat pericula
sed quia sola charitas est proprius amor et actus aliarum virtutum
non sunt proprie amores, ideo charitas facit maiorem promptitu
dinem nam iustitia non est amor potest enim esse quod fuerit iustitiam
cum inimico ideo non tantum inclinat sicut charitas. Et sic opposita
possumus dicere aliter quod charitas plus inclinat quam alie virtutis
quia plus inclinat aliqua virtus ad suum actum quae est de maio
ri bono ut magnitas cum sit de maiori bono plus inclinat
ad suum actum quam modestia quia est de maiori bono et ita est
magis inclinat appetitus rationalis ad suum actum quam appeti
tus sensitivus ad suum actum quia est de maiori bono itaque
cum charitas sit de maiori bono quam quecumque alia virtus
de summo bono et ideo magis inclinat. Et sed ad argumenta
Primo quando dicitis illud non experimur. Respondeo secundum Caiet.
quod intelligitur quod charitas de se facit maiorem inclinationem
non tamen intelligitur quod charitas faciat maiorem inclinationem
subiecti ad suos actus quia impediti propter subiectum in quo
est nam si non impediretur propter passiones subiecti charitas
maxime inclinaret. Tamen quia impeditur propter habitus et
passiones inclinantes in contrarium quia caro concupiscit
adversus spiritum ideo non magis inclinat subiectum nec experi
mur. Nam si iste luxuriose vixit et convertitur in
funditi habitus castitatis, tunc illa non inclinat tantum sicut
si esset in aliquo qui prius non habuit actum contrarium
Et confirmatur hoc quia eadem charitas quae est in via
remanet in patria. Sed in patria maxime et perfecte inclinat
quia non impeditur ergo etiam in via si non impediretur. Et sed
Arguo in contrarium quia quando habemus habitus acquisitos
experimur delectationem operandi. Ut quando aliquis habet

habitum acquisitum dandi Eleemosynam. Tn adhuc sunt passiones carnales ergo illa non est ideo quare in nobis non experimur inclinationem charitatis. ¶ Respondetur quod sicut supra diximus sic in patria ex actibus virtutum remanentibus alias remanentium non generabitur habitus aliquis acquisitus quia illi actus sunt supernales et ita de actibus virtutum infusarum non generatur aliquis habitus acquisitus quia sunt tales actus quodammodo supernales, et ideo dico quod ex actibus habitum acquisitorum sequitur delectatio in nobis et ideo eam experimur. Sed ex actibus habitus infusi non sequitur ea delectatio quae distinguitur ab eo ¶ et in 1a 2e dixi ideo dico quod aliter quod est differentia hic inter habitum infusorum et acquisitorum quod actus virtutis acquisiti non solum generat habitum in sua perfectione sed tollit omnes et malas qualitates contrarias. Postquam iam est in sua perfectione habitus acquisitus ita quod habitus acquisitus quando peruenit ad gradum suum non potest compati secum qualitates contrarias. Tn habitus infusus non expellit qualitates contrarias et ideo propter impedimentum illarum non sentimus dilectionem in actibus virtutum infusarum sicut sentimus in actibus acquisitarum, 2o dico quod falsum est quod non sentiamus dilectionem in actibus virtutum infusarum immo sancti et isti viri in modum delectantur exercendo actus illarum virtutum et plus delectantur in actu charitatis quam aliarum virtutum acquisitarum ¶ Et ad argumentum quod fit quod proprium non recipit magis et minus ego nego quod proprium accidentale non recipiat magis et minus nam quod proprium non recipiat magis et minus intelligi de proprio essentiali. Sed cum proprium ad propositum sit proprium accidentale ideo recipit magis et minus et ideo dato quod illud sit omnium

omnium virtutum tn Perfectior etiam virtus Promptius fa
cit operari et quod proprium accidentale recipiat magis et mi
nus pz de Calore proprio ignis qui est magis Calidus uno tpo
re alio

Artic 3

¶ Utrum Charitas sit virtus. Con affirma

¶ Artic 4. Utrum charitas sit virtus spiritualis. con affir.

Artic 5

¶ Utrum Charitas sit una virtus. Conclu est
Q non possunt esse Plures tpis charitatis ¶ Circa 3m argum
Est dubium utrum omnis Charitas sit virtus i charitas
sm omnem statum sit virtus proprie loquendo Nam Q
dam est charitas remissa Q videtur quod non sit virtus ¶ Item
charitas Q est cum vehementibus passionibus vr quod non sit
virtus Quia virtus debet facere prompte et delectabiliter
operari et Quia illa Q est cum passionibus vehementibus no
facit prompte et delectabiliter operari vr quod Charitas Q est
cum talibus non sit virtus proprie ¶ Preterea temperantia
Remissa non est virtus licet sit bonus habitus ergo et ¶ Preterea for
titudo Cum vehementibus passionibus non est virtus ergo nec ai
tus charitas Quia unde habet Privilegium ¶ Et confirmati
Quia dicebamus quod fortitudo nisi sit cum Justicia et temperantia
non erit virtus. vr ergo quod charitas Q non est cum aliis virtuti
bus non erit virtus ergo male dicitis quod si charitas posset infun
di sine aliis virtutibus sola quod est virtus Postquam fortitudo
sine aliis et semotis Passionibus non esset virtus respondetur
¶ Rr quod omnis charitas est virtus Quia una charitas Q est
in una dia licet videatur remissa et respectu alterius tn
in se satis intensa est Quia dei perfecta sunt opera et io

Q quilibet actus infusus e intensior quocunq; habitu acquisito
quia largitor illius qui e deus omnia dat perfecte et ideo
semper charitas quandiu manet faciet ponere vitam
pro amore dei et relinquere patrem et matrem ad quod se
clusa charitate omnes alie virtutes non sufficiunt et hoc
opus e maioris intensionis ¶ Ideo dico q deus ex sua liberalitate
dat omnem virtutem infusam intensionem q e quelibet acqui
sita ¶ Et ad rationem in 2m dico q quantumcunq sit cum pas
sionibus vehementibus semper e virtus et non e simile de
charitate et fortitudine quia fortitudo pot vinci a passio
nibus non tn charitas. Si chas manet non pot vinci a qua
cunq passione, 2o etiam dico q in habente charitatem puta
in eo qui surgit a peccato et ab habitibus vitiosis non sunt
vehementes passiones pot eas reprimere per charitatem et
non tantum inclinant illi habitus vitiosi sicut si non essent
charitas ¶ Et ad aliud dico q charitas non e sine aliis
virtutibus si tn sit sine aliis virtutibus ad hoc esset perfecta
virtus. Et e dicta quia alie non sunt de fine et chas sic
quia habet pro obiecto deum ideo pot esse virtus sine aliis sz
alie non sine illa. ¶ In ar 3o argumento primo movet S. Thom.
Q. ex Aristot. utrum amicitia sit virtus et vi q
sic quia e laudabilis, in 2m e quia virtus requiritur q sit in
potestate nra cum tn amicitia non sit in pote quia cum
requiratur ad amicitiam q sit benivolentia mutua comunicas
bona non e in pote nra q aliquis bene vellit nobis et comunicet
bona sz cum charitas sit virtus requiritur q chas non sit
amicitia vel non e virtus. S. Thom. dicit q Aristot. re
linquit sub dubio et pot dici q e virtus moralis amicitia

ipa o. non e in potestate nra Eodem modo Probarcti q nec
Justicia e virtus Quia si alius non vult accipere peccu
niam no faciet actum Justicie, idem de liberalitate, 2o
Dici pot q amicitia non e virtus Quia consequitur omnes
virtutes et supponit eas Sz Charitas het ex obiecto q
sit hitus virtus Quia Perficit hentes et ultra hoc e ami
citia, De amicitia potestis videre Capreol. d. 27 q. 1 circa
Primam conclum q. 2 et 1a eadem d. et S. Thom eadem
d. 27 q. 2a ar. 2o ad primum 3 et Palud. eadem dist.
et Buridanus 8 ethico q. 3 / Circa 4m articulum ¶ du
bitatur Quid e dicere q deus e obiectum Charitatis in qtum
e obiectum beatitudinis Quia vr illud non est benedictu
et S. Thom. sepe repetit hoc ¶ Rr q debet intelligi q
in qz e quodam bonum supernale et obiectum Charitas
et in Quantum e cognoscibilis a nobis supernaliter hoc est
dicere q bonum divinum e obiectum Charitatis in qtum be
atitudinis, hoc dicitur ut distinguamus hitum infusum de
lectationis dei ab hitu acquisito ejusdem dilectionis Qui hi
tus differunt spe Nam hitus ille infusus facit dilligere
deum in qtum agnoscit cognitione supernali hitus et ille
acquisitus facit dilligere deum in quantum cognoscitur cog
nitione nali et in gentibus Judeis et Peccatoribus Qui dilligunt
deum ex illis actibus generatur hitus qui pot dici Charitas
acquisita sz nos per infusam amamus bonum supernale
¶ 2o modo pot dici q deus in quantum obiectum beatitudi
nis e obiectum Charitatis hoc e e obiectum Charitatis in
Quantum deus e nam si fieri posset q non eet omni potens nec
immortalis adhuc eet obiectum Charitatis Quia deus e

Quia deus est et quia beatificat et non quia omnipotens
vel propter aliud attributum ita quod per impotentem beati cognosceret
deum dum taxat taliter quod non cognoscerent quod sit omnipotens
vel sapiens vel aliquod aliud attributum adhuc essent be
ati sicut ante et esset obiectum beatitudinis et charitatis ita
nam deus ut obiectum beatitudinis scilicet ut deus est obiectum
terminans charitatem. Circa 5m articulum dubitatur utrum
quare diligere proximum propter deum et deum propter se
est una virtus eadem ratione dicendum esset quod temperantia
qua volo vivere temperate propter deum et una virtus
cum charitate. Respondeo quod charitas non amare tamen temperate
vivere non est amare et ideo licet uterque amor sit una virtus
tamen temperantia vel alia quelibet virtus moralis non est ea
dem cum charitate quia tales virtutes non sunt amor a
liquis. 2o dico quod quod charitas habet deum pro obiecto ita quod proxi
mus non est sufficiens obiectum charitatis nisi ponamus obiectum
propter deum et ubi unum propter aliud ibi tamen unum est
Aliis tamen virtutes morales sequuntur propria obiecta et
si non sit propter deum, et ideo dato quod nihil cognoscat de deo iu
stitia habet obiectum circa quod potest exercere actum, sed charitas
ad nihil potest inclinare nisi sit deus vel propter deum. Quod du
bitatur utrum actus quo diligimus deum et quo diligimus
proximum distinguatur specie quia videtur quod non cum ab eadem
virtute ~~conservetur~~ causetur scilicet a virtute. Respondeo quod distin
guitur specie quia habet diversa obiecta quia unus habet deum
alius habet proximum pro obiecto et ideo dico quod saltem differunt specie
in essentiae licet non in essentia moris et sic tenet s. Thom. 1 q. 2
s. articulo primo.

Articulus 6.

Utrum charitas sit excellentissima virtutum?

Prima conclu° e q inter omnes virtutes theologicae sunt
excellentiores // 2a Conclu° q inter theologicas cha
ritas e excellentior aliis q° hec non solum pertinet ante li
gendum speculativa sz pratica vel tn q no e hic locus dis
putandi Quia e con° omnium q Charitas e perfectissima
omnium virtutum ut ex apostol 1° Corint. 13 ad sci
endum Circa quam virtutem opz nos versari conducit
hec q° in contrarium e Quia lutherus Pestilentissimus
dicit q fides e excellentissima ut ostendit Rosensis ar°
15 ubi dicit hanc ee opinionem lutheri q totum quod nos
tribuimus charitati debet tribui fidei; et adducit lo
ca Primum mathei 9 fides tua te saluam fecit tanq
mathei 16 si habueritis fidem tanq granum sinapis tc
et Paulus ad roma 3° arbitramur Justificari hominem
per fidem et ibidem dicit q Preputium tc et ad Roma°s
5° Justifica per fidem. et ad roma 14° omne quod non e
ex fide e peccatum et ad hebreos 11° sine fide impossibile
e Placere deo et accedentem ad deum opz credere. et
actuum c. 15 fide purificas corda et verbum domini q
Crediderit et baptizatus fuerit saluus erit ibi no dixit
Qui amaverit. et ad roma°s 4° Credidit Abraham deo
tc. sed cum hemus Pro certo q non e contraditio in scriptu
sacra et hoc sit de fide quid. Respondebit lutherus ad
illud ad Corint. 13 hoz maior e charitas. et si linguis
hominum loquar tc. Item ad Colosens. 3° Super omnia cha
ritatem hete, et ad galath. 5° postq dixit Justificationem
fieri per fidem declarati q fides sine charitate nihil prodest.
et io dicit q per charitatem operati et 1° ad timot. 3°
finis precepti Charitas Item adducimus totam Canonica

Joannis ubi ex professo de charitate magnificat et Joa. 14
Si quis diligit me sermonem meum servabit et ad eum venie
mus non dixit si quis credit mihi. Joann. 15 hoc est preceptum
meum et 1a Joann. 3 qui non diligit manet in morte qui est
locus expressissimus et 1e Corint. 10. Pz g° quod maioris meri
ti est versari in operibus charitatis quam fidei. Sz scholastice
pot argui Procedendo quod charitas non sit perfectior aliis vir
tutibus quia martyrium est perfectior actus quam dilectio dei
sz martyrium causatur ex fortitudine g° fortitudo est perfectior
charitate maior Probatur quia martyrium habet maiorem pri
uilegium quam dilectio itaque ibi remittuntur omnia Peccata, ita quod
non requiritur quod habeat contritionem sz securius moriti et melius
est quod moriatur quam quod dicat volo viuere ut conteram de peccatis
quia ibi remittuntur omnia Peccata, ita tum etiam per marty
rium Remittuntur Pene Purgatorij et datur laurea pro marty
rio quod non pertinet dilectioni. Nec dilectio dei remittit peccata
Dato quod Scotus et Alij dicant quod sic, quia dominus non dixit
nisi dilexeritis sz penitentiam egeritis. Quod contra R. quod conce
sso antecedenti negenda est conia Principalis quia sz aliquis
actus fortitudinis sit Perfectior aliquo actu charitatis compara
do partem, tamen tota charitas perfectior est multo quam fortitudo quia
sine charitate non possumus mereri et charitas est fortior omnium
aliarum virtutum ut pz. 1. 8. Sita dico quod aliquis actus
charitatis est perfectior martyrio ut in virgine maior. et
in 6 Joanne Euangelista. Qui profecto Per actum charitatis plus
meruerant quam multi martyres et erant parati ambo ad ponen
dum mille vitas si haberent pro xpo. 3° pst dici concessa
maiori ad minorem quando dicitur quod martyrium est actus for
titudinis dico quod etiam est martyrium imperatum a charitate
et perfectio quam summit ex charitate est maior quam illa quam

sumit ex fortitudine quia Charitas facit illum actum esse me-
ritorium et dignum laurea et esse martyrium et si non opera-
reti ad delectationem dei non remitteret peccata et Dico quod dilec-
tio facit quod martyrium sit perfectissimum omnium actuum nostrorum
ut patet ex ante dicti maiorem hac dilectione nemo habet ut
animam suam etc. Ubi ostendit dominus quod dilectionis ac-
tus qui est imperativus martyrii est maior dilectio quam quecumque
alia dilectio et si non poteretur iste propter deum, ita quod impe-
retur ex amore dei non esset martyrium. Neque remitterentur
peccata ergo. ¶ Sed quoniam potest esse aliqua dilectio ferventior
in aliquo quam non patitur martyrium quam in alio qui non patitur
martyrium et intensior ergo dilectio imperativa martyrii
non est perfectior quacumque alia, ans patet si martyrium pa-
titur cum dilectione ut 20. Alius habet ut 100.
¶ Dico quod maior est illa dilectio martyrii qui dat vitam
pro deo quantumcumque tepide faciat quam dilectio illius qui nihil
dat quia est ibi maior difficultas ut habet martyr ille et
habet dilectionem remissiorem in gradibus sed non sequitur quod
teneat imperfectiorem quia non tota perfectio actus solum
attenditur ex intensione sed ex obiecto et operibus et difi-
cultate obiecti. Nam si quis diligat ut 100 alius ut
50. et hic det eleemosynam propter deum alius non hic po-
tius dicitur diligere deum quia obras son amores non propter
hoc, ergo ego quod in aliquo possit crescere tamen charitas ut
s. beata virgine quod superet dilectionem martyris et me-
ritum ferventis actus martyris sed dico quod non tota perfectio
actus sumitur ex intensione actus sed ex bonitate obiecti. Unde
quanto obiectum est perfectius ceteris paribus tanto actus est me-
lior et sic dato quod aliquis actus sit intensior non attingit
perfectionem remissi quam habet ex obiecto //

¶ Articulus 7º Utrum sine Charitate Possit esse Aliqua virtus? Conclusio est absolute loquendo quod non potest esse aliqua virtus sine charitate et si quis dubitet utrum Justitia vel temperantia sine charitate sit virtus. Dicere potest quis quod non est perfecta virtus sine charitate vel dico quod distinguo. Potest dici quod si capiatur virtus prout dicit dispositionem perfecti ad ultimum bonum et sic sine charitate non est virtus. Si tamen capiatur prout dicit dispositionem perfecti ad bonum et sic potest esse virtus sine charitate loquendo in diffinitione virtutis de bono Particulari. ¶ Sed an absolute sine distinctione posset dici quod fortitudo sit virtus in Peccatore s. Thomas dicit quod non. Et Probatur conclusio quia virtus facit bonos actus in habente sed in existenti in mortali non est aliqua bonitas simpliciter est inimicus dei ergo in eo non est aliquis habitus qui faciat bonitatem simpliciter nec virtus. Non negamus tamen quin in Peccatore et Gentili sint habitus qui inclinent eum ad hoc quod prompte et delectabiliter in omni eventu regulariter occurrente operetur quod est certum. ¶ Sed an illae virtutes vi dispositionis de nomine et melius est distinguere ut dixi, sed theologice loquendo vi quod sine charitate non sit aliqua vera virtus. nam absolute et simpliciter aliquod est tale. Sed diversas causas consideratas naturales quod tamen non est tale sed causas supernaturales. ¶ Et ideo absolute loquendo dico quod ethiops qui est albus. Sicut dentes non dicitur albus ita virtus absolute loquendo sine charitate esse non potest ita quod nullus habitus absolute loquendo est virtus sine charitate. Ratio est quia si queratur in philosophia naturali utrum astra sint entia necessaria utrum sol necessario oriatur. Respondebit philosophus sine distinctione quod necessario orietur quia philosophus naturalis non habet disputare nisi de causis naturalibus et ideo non tenetur distinguere quod naturaliter necessario

orietur Non tn supernaliter et tn si sequatur theo
logice utrum sol orieti necessario in ordine ad cas supernales
Dicemus q non. unde dico q theologus tractat de fine sup
nali et sic non tractat de virtute nisi in ordine ad finem
supernalem qui e Beatitudo et ita loquendo theologice the
ologus respondebit absolute q sine charitate nulla e vera virtus
et sic quando queriti an temperantia vel fortitudo sine
charitate sit simpliciter virtus. Rr q non quia virtus no
consideratur a theologo nisi sm q per eius actus homo ordinat
ad deum et pot consequi Beatitudinem per eos quia sine
charitate homo non pot here actus meritorios ideo absolute the
ologus dicit q sine charitate non e aliqua virtus, vera sz
per hitus morales non considerat aliquid de ultima beati
tudine et ideo considerat de veritate non sm q homo or
dinatur ad bonum supernale sed nale, et ideo e q. Utrum
tn ille qui e in peccato mortali loquendo sm phiam nalem
qui tractat de virtutibus prout ordinat ad felicitatem huma
nam utrum inqz talis heat vel here possit veras
virtutes. Rr q etiam loquendo sm phiam moralem nullus
exns in Peccato mortali het veras virtutes Pz quia vtus
e q bonum facit hentem Peccatori non e simpliciter bonus g
Q 2o pot dici q tales hitus pnt ee virtutes morales in parte
ut virtutes ex genere quia faciunt hoem bonum qz tum ad
bonum morale q absolute non faciat als non fiat bonus nec simplr
sint virtutes. Vr certe disputatio de nomine vel prout
dicit S. thom. in 3o de 27 q 2 ar 4 3o ad 2m argumentum
Q Prudentia sine charitate non e virtus loquendo de virtutibus
infusis que sunt ordinate ad merendum ubi vr ponere di

distinctionem inter virtutes infusas et acquisitas morales
quia infusa est ordinata ad merendum et sic infusa virtus
sine charitate non est simpliciter virtus quia sicut malus si
non sit in dispositione quo possimus uti ad illud ad quod est
ordinatus non est simpliciter malus ita virtutes infusae quae non
sunt in dispositione ad hoc ut possimus uti illis ad finem ad
quem sunt ordinatae non sunt simpliciter virtutes et quia
sine charitate virtutes infusae differunt a suo fine nec habent
dispositionem ad finem nisi sint cum charitate ideo non sunt
virtutes simpliciter sine charitate. Acquisitae vero virtutes
quia sine charitate sufficienti attingunt finem ideo sine cha
ritate sunt et simpliciter loquendo virtutes quia faciunt
bonum actum sic fides sine charitate simpliciter loquendo est
vera virtus quia attingit suum finem scilicet credere sic et di
alectica scientia sine charitate est vera virtus quia attingit suum
finem. Dubitatur quia dicimus quod non est virtus quae non
facit delectabiliter operari ut qui non dat libenter non est
simpliciter liberalis sicut dicebamus in 1a 2e quod in aliquo sunt
tres gradus unus continentiae quae adhuc sunt passiones
in aliquo qui quando paulo ante exivit a peccato et ille
dicitur gradus incipientium. Alius est gradus perficientium
et est eorum qui habent tam sedatas passiones. Alius est perfecto
rum et est iste eorum qui cupiunt dissolui et esse cum Christo; et iste
gradus dicitur heroicus. Et dicebamus quod virtutes in 1o
gradu scilicet quando sunt vehementes passiones non sunt sim
pliciter virtutes quia non prompte operantur sed in gradu tem
perantiae sunt virtutes quia prompte operantur. Hoc sup
posito queritur utrum sufficeret ad hoc quod aliquis dicatur esse
vere temperatus vel alia virtute munitus quod habet charita

ut si aliquis erat concubinarius et dolet de peccatis
et relinquit concubinam et est iam in charitate utrum
tunc statim erit vere temperatus vel quod non. Quia temperat se
cum difficultate, virtutes tamen morales faciunt prompte
et delectabiliter operari. Ergo sequitur quod virtutes infusae quan-
tumcumque sint cum charitate non dicantur virtutes, et
confirmatur quia iste non est in gradu incipientium. Qui est
gradus continentium. Ergo non sunt in illo vere virtutes quia
habet passiones vehementes impedientes eum ne delectabiliter
operetur quod est de ratione virtutis. Respondeo loquendo de mo-
ralibus virtutibus quod morales infusae quantumcumque sint cum
passionibus sunt vere virtutes ut si aliquis non oratus assu-
etus ieiunare incipit ieiunare propter deum ille et si passio-
nes vehementes patiatur tamen in illo est vera virtus temperantiae
et si dicas contra non delectabiliter operatur propter passiones.
Dico quod si aliquis quantumcumque avarus sit libentissimo dat
amicae quam dilegit, ita iste qui ieiunat vel caleopus
operatur quantumcumque vehementes passiones patiatur tamen
propter charitatem quam habet delectabiliter operatur per auxil-
lium charitatis. Quia licet pro illo tempore quo sunt in
illo qui est in charitate passiones non sentiat delectationem
tamen postquam vicit passiones sentit maximam delectationem
in operando. ¶ 2° dico quod virtus infusa in praesentia charitatis
quantumcumque habeat passiones contrarias et licet non delec-
tabiliter operetur tamen est vera virtus et actus eius est merito-
rius. ¶ et 2° dico quod finis illarum non est facere quod homo mereatur
temperate vivat sed est ordinare in vitam aeternam ita quod vir-
tus infusa ponitur ad hoc quod homo mereatur ad hoc ordinatur et
temperantia infusa ut mereatur et non ut temperate vivat.

Et ideo dico quod sunt vehementes Passiones si iste temperate agit meretur et hic est finis temperantie infusse et tunc est perfecta virtus; Utrum tamen temperantia acquisita vel alia virtus acquisita si sit cum passionibus vehementibus in existenti in charitate. ¶ Utrum sint vere virtutes Respondeo quod virtutes tales acquisite quia sunt ordinate ad faciliter operandum et ideo si sunt cum passionibus vehementibus quantumcunque sint cum charitate non sunt vere virtutes quia impediuntur a passionibus ne attingant suum finem qui est delectabiliter operari lege solutionem ad primum argumentum // et 2m et 3m //

Articulus 9

Utrum Charitas sit forma virtutum. Dicimus quod dare Eleemosynam propter deum est in specie misericordie tamen si detur propter libidinem variant species quia forma est quae dat speciem et ideo est in specie intemperantie et ideo patet dicendum est quod cum finis det quodammodo speciem virtutibus, charitas quae ordinat illas ad finem dicitur esse forma illarum quia forma dat species. ¶ Dubitatur quare charitas dicitur forma virtutum omnium. Respondet Almain et alii quia facit actus omnium aliarum virtutum mereri ideo dicitur forma aliarum virtutum et ita dicit Almain in moralibus quia dicitur forma quia facit actus aliarum virtutum meritorios, sed hoc impugnari potest quia in propria charitas erit forma aliarum virtutum non tamen facit illos meritorios quia facit actus omnium aliarum virtutum perfectos ideo etiam aliqua virtus dicitur virtus quia est cum charitate ut sicut albedo est forma albi ita virtus est virtus per charitatem et resolutorie dico quod ex eo charitas dicitur forma virtutum quia in propria

in patrio ergo et ideo potest dici quod charitas dicitur forma

Quia facit actus aliquarum Perfectos in via vel perfectos et meritorios //

## Questio 24.

¶ Artiꝰ 1º. Utrum voluntas sit subiectum Charitatis

Conclusio est affirmativa potest fieri argumentum Quia dicit quod bonum spirituale non potest esse obiectum appetitus sensitivi. Contra temperantia est in appetitu sensitivo et tales infusse sunt in appetitu sensitivo sed tales videtur quod habeat aliquod obiectum supernaturale. Quia alias non distinguerentur ab acquisitis ergo ratio s. Thom. nil valet. s. quod appetitus sensitivus non potest esse subiectum charitatis Quia non potest habere aliquid supernaturale s. deum pro obiecto ut fortitudo belli. Respondeo concessa maiori licet aliqui negent illam negando minorem immo omnes tales habent res naturales pro obiecto, et ad argumentum dico quod fortitudo infusa et temperantia habent idem materiale obiectum quod temperantia et fortitudo acquisite sed non formale nam Quando s. Tho dicit quod charitas non sequitur rationem i. non sequitur rationem humanam Quia non negat Quin charitas operetur per rationem

Artiꝰ 2º

Utrum Charitas causetur in nobis ex infussione

Conclusio est quod charitas causatur in nobis per infussionem ab ipso deo. Videtur ex hoc falsum quod dicunt omnes excepto s. Thom videlicet quod ex actibus charitatis infusse generatur unus habitus qui est charitas acquisita et dicunt quod illa acquisita producit dilectionem dei super omnia et eiusdem speciei cum ea que a charitate infussa produceretur quod habitus dicunt quod perfectius facit diligere deum quia facit

de stabilitus op exeri & bonus charitatis infusse. quod si
cet ~~verum sit~~ q̃ fides practica charitatem infusam destruit ita
q̃ non alia charitas infusa faciat hominem gratum deo nõ
tñ acquisita. Videtur tñ pot quia ~~quia~~ charitas nulla
acquisita. Cum finis debitus operari non sit aliquid
tum deo. Sed dicendũ quia deus ita ~~vult~~ habeat hoc ita ec. hõ
nil ~~valet dicere~~ aliquid de ~~charitate~~ charitate infusa
quo d non pot charitas acquisita esse infusa gratum. Et ar
guit sic Simon. Aliqua peccata non confessio q̃ non acqui
sita remittit. Sm omnes Pelagiani nõ ofrõ quare deus non
accepet nos per acquisitam, ~~Sm~~ Probabile est quod dixit di
cunt ~~vel~~ ~~sic~~ ~~quod~~ in 2. d. 27 q. 1ª ad argumenta ~~contra~~ ~~ad~~ ~~ad~~ ~~ad

dicit idem et in ma de contritione et pena tractans
late, videlicet utrum resurgens a peccato resurgat ad
maiorem gratiam, dic quod illud fit sm quantitatem liberi
arbitrij. ergo male dicit in isto ar quod infunditur sm voluntatem
spiritus sancti. ¶ Sed contra si dicatis Querendo quare
deus fuit sanctificare Joannem baptistam in utero et
non b petrum, non poterit dici sm quantitatem liberi arbitrij,
sic etiam dicitur non ex operibus justitie que fecimus nos
sed ex sola voluntate dei quod petro adulto detur gratia ut io.
et Joanni ut b et non sm liberum arbitrium io. ¶ Quod
quod dicit s. thom. quod quantitas gratie dati sm motum liberi
arbitrij sed dic quod licet maior gratia detur a spiritu sancto ita
quod maior gratia fuit data Paulo resurgenti a peccato quam alijs
resurgentibus et licet eam mediata fuerit maior dispositio tamen
quam maiorem dispositionem habuerit Paulus quam alius hoc solum
fuit ex voluntate divina s. quia deus dedit illi quod magis
se disponeret ideo debet reduci in dei voluntatem eam quam
in ultimam eam ¶ Sed Queritur utrum sit idem dicere
dispositus se magis maria magdalena quam alia peccatrix
quia deus voluit ac si diceret quod auxilium spirituale dei
Requiratur ad hoc quod aliquis se disponat vel maius auxilium
ad hoc quod magis se disponat, et videtur quod sic ex s.
thom. dicenti quod hec maior dispositio proveniret a monitione
spiritus sancti quia videtur quod illa vocatio spiritus sancti sit movere
sed illa motio solum est concursus spiritualis alias spiritualis spiritus
sancti ergo. Respondeo quod ita est quod est illud dicere quod unus dis
ponat se et non alius vel quod unus magis se disponat
quam alius i. quod unus spiritualiter adiuvatur vel magis iuvatur

Secundum maiorem motum liberi arbitrij tamen ille motus datus fuit

Alio tz aliquid ultra et altius vult etiam dicere s. tho.
Nota de predestinatione. ¶ Pro quo est notandum quod predes
tinationis nulla est causa sed sola voluntas dei est causa predestina
tionis et hec est sententia beati Pauli 9. ita quod causa quare deus
predestinavit Jacob et non Esau non est quia dicit Jacob erat
futurus vir sanctus Esau vero peccator et hec est opinio
sanctorum antiquorum et sic quare deus voluit dare gratiam isti
et noluit dare illi et quare Paulo et non Cayphe qui
occidit xpm est quia voluit deus ex mera liberalitate sua
et hec est sententia quam tz hic s. thom. et sancti antiqui qui
super hoc scripserunt, ecce primum dictum s. thome et
quare deus dedit ~~[illegible]~~ abel quod mereti et non cam quia
deus predestinaverat abel et non cam et non quia cam erat
futurus malus et alius erat futurus bonus quia merita se
quentia sunt effectus predestinationis et non causa predesti
nationis et sic predestinatio est causa meritorum quod ei data est gratia
et non Esau quia Jacob erat predestinatus non esau ideo
gratia est effectus predestinationis et ideo opera bona. ¶ duo est
quod sic prius est quod vellit deus dare isti vitam eternam quam ve
llit dare illi gratiam ita prius est quod deus vellit dare gratiam vel
maiorem gratiam magdalene quam alteri peccatrici quam quod vellit
dare dispositionem ad surgendum a peccato vel quam quod vellit
disponere illam ad maiorem gratiam nam omne agens a propter prius
vult finem quam media et quia est sicut finis in dispositionis sic
prius est quod architectus vellit agere domum quam emat ligna et
necessaria ad domum ita quod istius voluntatis quare deus vo
luit dare gratiam Paulo et non Cayphe nulla est causa ex parte
creature licet ex parte illius dei causa illius est quia deus voluit

Predestinare ita est deus movit magdalenam ad maiorem
gratiam quia voluit dare ei maiorem gratiam quam alteri meritri
ci et quare dedit ei maiorem gratiam quia predestinavit
ad maiorem gloriam et hic est modus loquendi qui debet
teneri et sic tenet s. Thom. et non sicut moderni dicunt
magdalena habuit maiorem gratiam quia plus se disposuit
et hoc quia magis ipsa est libero arbitrio, quod si contra hoc
argumentorum dicebat s. Thom. in 4° de contritione quod stat
quod ille qui cecidit a gratia ut 100 resurgat ad 15. et ille qui
cecidit a gratia ut 15. resurgat ad gratiam ut 100 et hoc di
cit quod debet imputare negligentiae illae quae surrexit ad
maiorem quam antea quia non magis disposuit, tunc sic argu
hoc videtur contrariari apperte huic loco quando quidem ibi dixit
quod non oportet quod peccator resurgat ad maiorem gratiam sed quod si cado
a gratia ut 100 si postea resurgo et per totum conatum dati
tota illa et aliqua alia etiam si per minorem conatum non
dati tota a qua cecidit imputetur in quod non habeo totum cona
tum, et hac solutione videtur quod ratio non datur mihi gratia ut
100 quia non me disposui, Respondeo ad hoc quando dicitur quod
quod videtur quod negligentia quam minus se disposuit a causa quod res
gat ad maiorem gratiam Dico quod sapientia dei attingit a fi
ne usque ad finem et disponit omnia suaviter ita quod stan
te concursu dei non stat quando ego agam quando deus con
currit mecum ad hoc quod agam v.g. non potest fieri quin ego
loquar quando deus concurrit mecum ad hoc quod loquar
et tamen cum hoc stat quod deus relinquit in libertate mea
quod loquar vel non loquar hoc mirabile facit deus et hoc
habemus de fide ita quod non stat me loqui quando deus prius

concurrat mecum concursu generali. Et cum hoc ego li
bere loquar similiter in alijs. ita dico quod deus vult quod
resurgat magdalena ad maiorem gratiam quam alia et ideo movet
ipsam ad maiorem dispositionem ita tamen quod relinquit in potestate
sua quod magis vel minus disponeret se et si minus dispo
neret se esset ex culpa sua. hoc ita disposuit deus et ideo
dico quod quantitas gratie reducenda est in voluntatem domi
ni eam, scilicet quia deus voluit huic dare maiorem gratiam
movit ad maiorem dispositionem et hoc quia voluit
sed cum hoc stat quod relinquit libertatem liberi arbitrij quod po
sset minus conari et ita similiter est verum illud Vieno
rum ultimo convertere nos domine ad te et convertemini
et illud Zacharie 1° convertimini ad me et ego convertar
ad vos. Quia opus est cum deus nos disponit et mo
vet auxilio spirituali quia nostrum liberum arbitrium non re
pugnet quod quidem posset. ¶ Sed arguitur contra con
sic in naturalibus ita est quod sol magis illuminat aerem uno tempo
re quam alio et non est illud ex parte solis sed ex parte maioris dispo
sitionis subiecti. ita quod quanto maiorem dispositionem inve
nit magis illuminat. ergo cum gratia et alia dona gratuita
imittentur nam secundum quod maior est dispositio naturalis et capacitas
ad illas suscipiendas magis ac magis deberent infundi
quod est contra dicta doctorum ¶ Respondetur quod licet gratia imi
tetur nam et licet in naturalibus agens agat magis uno tempore
quam alio secundum quod maiorem dispositionem invenit et quod illud est ex
parte dispositionis tamen aliquando non ita est quod agens magis a
git ex parte maioris dispositionis quam invenit sed aliquando
ipsi met agens dispositiones introducit immo regulariter ita
fit ut prius de igne siccante ligna ad introducendam for

formam et ita deus ipse met disponit aiam ad gram et
dispositio ad gram est a voluntate dei et non a subjecto
et ideo quanta est dispo a deo tanta datur ab ipso gra
Ad 2m dico quod nalia agunt quantum pnt. Sed gra dependet ex
voluntatis agenti et libero qui est deus et ideo opus quod deus
det tantam gram quantam pot capacitas subjecti here
non de per accidens ¶ 2° dico q̄ si aliti nō pōt ciuitas
optineri licet dare ciuitatem in predam tn ipi duces de
bent dicere millitibus q̄ non licet interficere inocentes et
Quauis ipi putent q̄ millites interficient inocentes etiam
non peccant postq̄ ē edictum et predixerunt, ne interfi
ciant illos si solum eos quos inuenerunt armatos ut inti
sarracenos si bellum sit justum cum eis quia eis non
licet infferre bellum quia sarraceni sunt sed quia te
nent nra ¶ sed considerandum ē q̄ dominus mathei.

13. dicit per parabolam sinite crescere zizaniam ne
simul erradicetis triticum 1. Quandoq; permitten
di sunt nocentes viuere ut non tollantur cum eis simul
inocentes. et S. Thom. in 11 q. ar. 3. ad 3m. dixit
supra q permittendi sunt potius heretici q; q occasione
interficiendi illos intificianti inocentes. ita q licet illud
posset fieri sicut propter victoriam licet occidere hos
tes. et etiam peracta victoria ad timorem aliorum
tn pie factum eet nunq; dare istam licentiam ut oes
intificianti saltem indifferenti licet aliqui posunt inti
fici et quia in qualibet ciuitate sunt multi inocentes
no multum xpianum e ciuitatem aliquam permittere
in predam millitibus. ¶ fiebat tn aliquan argumentum
Quia Saul precepto domini iussus e q intificeret omnes
tam nocentes q inocentes et intifecit multos ciuitatis
illius amalech. et laudatus e immo quia relinquit
aliquos Cominatus et Samuel dixit illi q perditur
eet regnum g. etia licet ducibus hoc facere, in bello q
ut si licet omnes intificiant, ¶ Dico ad argumentum
Q licet Saul interfecit multos inocentes precepto domini
et erat sibi licitum tn non ex hoc sequitur q licet inti
ficere inocentes sine precepto domini. Quia deus e mor
tis et vite dominus et io pot percipere ut interficiat
inocentes et forte tunc commutauit in melius Quia
Qui erant inocentes nocentes facti sunt mactores. ut
dicit ihero. naum primo sz sine precepto illius non
licet intificere illos quia si deus aliquos inocentes occi
dit illud erat propter melius quia in sodoma pueri et femine

multe erant inocentes tn interfecti sunt a deo quia
deus e dominus omnium, b. Ambros. narrat q theo
dosij imperatoris jussu civitas thesalonicensis data e
in predam et necem. et b. ambrosius excoicavit illum
ob id quod jusserat q io non permittit intrare eum
in ecclam donec ageret penam, sed non e dubium
nisi q bellum quod gerebat erat justum sz nihilomi
nus quia non dedit [illegible] et editum ne interfi
cerent inocentes io male egit et io postea egit penam
ex eo quia permisit ut tam nocentes q inocentes
interficerent ex quo sequitur q non licet in bello inter
ficere pauperes agricolas quibus constat ee inocentes
et maxime qui sunt consimilibus bellorum, ita ¶ me
lius q ego canis mei. et ut ego possum sine peccato
occidere canem meum ita ille pot omnes occidere sz no
bis non licet sub precepto domini et ita timendum e val
de illis qui hoc faciunt ¶ sed dubitatur utrum sal
tim liceat interficere inocentes de quibus creditur q postea
erunt nocentes vel de quibus [illegible] q erant ut dubitatur
si capimus quandam civitatem sarracenorum utrum
liceat interficere illos ut ei ex determinatione posita
q non quia sunt inocentes ¶ sed in contrarium est
quia non sumus de illis quia post adultam etatem in
minet nobis magnum periculum ex eis ¶ Dico profec
to q non licet interficere pueros sarracenorum quia sunt
inocentes quia propter peccatum originale no licet neq

beberare illos. 8 ¶ Sed utrum liceat spoliare inocen
tes dato quod non licet corporaliter nocere. 1. utrum liceat
capere ab agricolis armenta &c. ¶ Rr quod licet capere
ab hostibus illa que possent impedire victoriam nostram et
si [illegible] et si constat nobis quod illa sunt in nocumentum
ut si bello justo eamus in galliam licet tollere arma
Greges et armenta hostium et est regula quod licet tolle
re et agere omnia que sunt necessaria ad victoriam
optinendam. ¶ 2o dico quod Quando aliqua respublica
est innocua quo ad personas sed solum respublica
illorum accipit a nobis spolia et predam. et nihil ma
li egerunt in personarum interemptione tunc licet nobis
ire in rempublicam illorum et spoliare illos etiam inocen
tes ut si milites Gallie spoliaverunt hispaniam
et non vult restituere rex illorum licet hispanis ire
et spoliare illos usque ad satisfactionem ex omnibus
illius rei publice et non solum bona communia sed privata
et rapere ubicunque inveniat, et capere etiam civi
tatem si non ~~vult~~ restituere ut si rapuerint
5000 millia ducatorum Galli ab hispanis potest impera
tor mittere hispanos ad bayonam ut totidem
capiant si noluerit rex Gallie restituere et quia
culpam bayonenses non habebant ideo id quod hispani rapuere
ab eis rex illorum tenetur illis restituere ~~[illegible]~~
¶ Sed dubium est utrum omnia que capiuntur durante
1. Justo bello fiant victoris ut si imperator justo bello eat
in Galliam et nollit convenire rex gallie post quod est victus

Primo et 2º et 3º et non vult quiescere utrum
omnia q̄ capiunt durante bello fiant imperatoris, ut
si durante bello attingat usq̄ ad ciuitatem parisius
¶ Rr q̄ hoc tangemus infra q̄ 66 ortlo 8. Sed
Pro nunc dico Primo q̄ non ē dubium nisi q̄ si spolia
verunt illi ciuitatem aliquam nr̄am licet tantundem
capere ab eis usq̄ ad satisfactionem rer̄ ablatarum
et si capiunt greges licet tot capere, ¶ 2º dico
q̄ licet tantum capere ab hostibus in bello iusto non
solum q̄tum illi abstulerant sed etiam ultra id quantum
sufficiat nobis pro impensis bellor̄ p̄z Quia alias nocet
¶ dicimus ad equalitatem et ipi tenentur ad expensas
illas soluendas ¶ 3º Dico q̄ ultra diuitias ad equali
tatem captas et et ultra impensas belli licet eis alia
addere punitionem ad vindictam iniurie quam nobis
fecerunt sumendo a nobis spolia 1 pro iniuria facta
nobis susceperunt 1000 millia ducator̄ non solum li
cet ab eis capere tantundem et omnes expensas. sed
etiam addere ut soluant alia 6000 millia ducator̄
in vindictam ut princeps puniat male factores suos
vl̄ id quod debeant, g̃ tantundem pot contra ex
teriores cum eandem potestatem habeat ¶ 4º dico q̄ nō
licet capere ab hostibus Quicquid venerit ad manus
nobis ita q̄ licet rex hispanie possit quandiu durat be
llum iustum quod gerit contra regem Gallor̄ capere ab
illo vnam et aliam partem regni ~~pot~~, ¶ Sed quia in
Theologia debent ee regule generales io dicendum q̄ nō

liceret regi hispanie sumere regnum francie et tenere
illud ex eo quod sumpserunt Galli aliqua armenta
hispanie. ¶ 6. dico q quandiu durat bellum justum
fiant vr q bona mobillia ~~fiant~~ victorum q capiuntur ab ipsis
victoribus nec videmus q illa restituant. Primo sup
pono q bellum erat justum. Potestis videre Adrianum
in 4o. in ma de restitutione et etiam ille dicit q illa
jure gentium sunt victorum q sunt mobillia. ¶ Sed
tn sciendum e semper q si Galli spoliaverunt aliquam
civitatem hispanie et dicat rex hispanie regi gallorum
ut cogat illos ad restitutionem et illi nollit pot indicere
bellum, sed postq ipi hispani susceperunt sufficientia
no licet amplius capere, ¶ ~~Sed~~ dico q licet bona
mobillia capta in justo bello sunt victorum tn non bo
na immobilia nec licet retinere illa ut si Galli spo
liaverunt aliquam partem hispanie. ¶ 8o ~~Sed~~ dico
q aliquando licet retinere bona immobilia aliqua
in vindictam injurie. ut si Galli spoliaverant his
panie pot si non faciat restitutionem rex Gallie pot
inq rex hispanie indicere bellum et capere, ¶ Sed
Dubitatur utrum homines capti in bello justo liceat re
tinere illos ipis victoribus. Dico ¶ q etiam et jure
gentium retinent omnes qui capiunt in bello, ¶ Sed
utrum omnes q capiuntur in bello possunt interfici ut
qui capiuntur in congressu, ¶ Dico q no e dubium
in si q si ex illis imminet periculum licet intificere illos
¶ Sed utrum liceat capere et retinere inocentes ¶

¶ Dico q licet capere illos et retinere illos quia capti sunt iure belli, ¶ Sed utrum sint serui omnes capti in bello iure belli, et liceat vendere illos, ¶ R. q apud romanos imperatores omnes capti in bello iure gentium efficiebantur serui, ¶ 2o dico ut dicit palud. in 4 d. q. q non sunt serui xpiani capti iure belli, sed captiui secus e de Sarracenis qui si iusto bello capiantur sunt serui, tn videndum e q sit in iusto bello, ¶ Dico tn q capti in bello etiam iusto si habeant locum possunt fugere. et talis facultas data e iure gentium ¶ Sed dubitatur vlo utrum liceat nobis inferre hostibus damna no profutura nobis ut conburere domos et ciuitates illorum; ¶ Dico i q illud e diabolicum ponere igne hostibus capta ciuitate illorum nec e audiendum intr xi anos ¶ 2o dico q si hoc e necessarium ad summam belli ad conterrendum illos licet aliquibus domibus ignem apponere Sed dubitatur de obsedibus belli et inducijs quas ponunt reges utrum si ponat aliquis rex ut rex Gallorum obsides cum pacto et fidere q si non adimpleat quod promittit interficiantur obsides; utrum liceat interficere illos si rex non adimpleat; ¶ Dico q nullo modo licet interficere obsides etiam si rex eorum non adimpleat pactum quia isti non poterant obligari, ¶ 4m argumentum querit utrum sint licite istae meditationes bellorum et vi q non quia multi pereunt in illis. ¶ Respon q non e dubium nisi q lz exercere istas meditationes belli ut hastiludia et s.

Artic. 2o

Utrum Clericis & epis licitum sit pugnare

Artic. 2° Qis 40. 22

concl° est negatiua

Primo. Quia ad officium istorum Pertinet magna quie
tudo s. ad orandum & contemplandum; ¶ 2° quia
clerici sunt deputati ad ministerium Altaris ubi re
presentati passio xpi, & eius sanguinis effusio &
ideo non competit eis effundere sanguinem, Conclu° e
g° negatiua q clericis no licet militare ¶ Dubitatur
Quia doctor probat 9es autorita, Euangelij q clericis
no licet militari. ¶ Dubitatur utrum sit illud pro
bitum iure diuino ¶ Dico q no e prohibitum iure di
uino nec nali & ex illo mathei 26. solum hetur
q e conueniens Q clerici non bella gerant propter hoc
q inquietantur 2° dico Q de iure nali & diuino
e indecentissimum Q clerici generant bellum sz non
e prohibitum iure diuino nec nali ¶ sz ex hoc dubi
tatur Rursum utrum papa possit dispensare, cum a
liquo clerico ut gerat bellum ¶ Dico q pot papa dis
pensare illud & etiam q dux sit in bello clericus
23 q. 8. c. clerici & c. conueniens ubi hetur q
clericis non licet militare & io solum e de iure po
sitiuo humano & io papa pot dispensare cum illis
& etiam hetis, Q nolluit q doctor da
uid edifficaret domum domini Qz effudit sanguinem
& tn ex illo no heti q sit prohibitum iure diuino qz
ibi tanqz conueniens fuit Consultum illud ¶ sed
utrum omnibus clericis sit interdictum An etiam hen
tibus solum Primam Tonsuram, Vr q no ex consuetudine
sz vr ex alia parte Q omnibus Clericis sit prohibitum
sz dico q fortasse isti qui eunt ad bellum hentes minores

ordines non peccant mortaliter; sed hentes maiores or
dines peccant mortaliter ¶ ex ista determinatione
doctoris sequitur quod in bello non licet interficere cleri
cos neque nocere illis neque spoliare illos dummodo non
constaret quod etiam ipsi pugnant sed dico quod licet non
liceat nocere illis tamen si spolia ipsorum noceret ad victoriam
saltem licebit tunc spoliare illos sed non licet interfi
cere illos nisi ipsi clerici militent quia si militant
clerici in ipso conflictu belli licet clericos interficere
quia iam ponunt se in periculo, sed dico quod post
victoriam partam non possumus clericos interficere
et si constet quod ipsi fortiter aduersus nos dimicauerint
primo quia pena clericorum non est mors neque pena ca
pitalis et 2º quia traddendi sunt iudici proprio
ecclesiastico ad hoc quod puniantur ¶ 4m dubium sed
dubitatur utrum liceat in bello iusto spoliare vel incendere ecclesias
¶ Dico quod bona hostium secularium etiam si sint re
posita in ecclesia licet capere ¶ sed bona ecclesiastica non
licet capere ab ecclesia quia illa non sunt hostium quia
illa sunt dicata proprie deo ideo non licet capere bo
na ecclesiarum, intellige nisi illa debeant cedere in de
trimentum victorie nostre quia tunc bene lice
ret capere bona ecclesie nec impedirent nobis victoriam
quam insequimur ut si hostes abuterentur ecclesia
deffendentes se in illa tanquam in arce et non possumus
aliter in iusto bello consequi victoriam tunc lice
ret nobis deturbare ecclesiam quia culpa est illorum et
non nostra et etiam si scimus quod in aliqua ecclesia deffendet se

Possumus preuenire et diruere illam ecclesiam sed
aliter diruere vel spoliare ecclesias est magnum sa
crilegium nec audiendum inter xpianos ¶ sed est
dicendum si non possumus aliter consequi istam vic
toriam nisi ponendo machinas et mittendo ignem
sed si mittamus ignem scimus quod combureret eucha
ristia utrum tunc licet ponere ignem illi ecclesie
in qua sunt hostes scientes quod combureret eucha
ristia ¶ Primum dictum dico quod necessarium sacrilegi
um est xpiano inflamare ecclesiam et eucharistiam si
non est omnino necessarium licet sit utile quia uti
lia propter irreverentiam aliquando sunt relinquen
da; 2o dico quod si est omnino necessarium conside
randum est quod xps non potest pati ab igne quia est immor
talis et impossibilis. nec maius nocumentum ei fit
quam in stomacho licet ille species panis comburantur ¶ 3o
Considerandum est quod ipsi hostes sunt sacrilegi et
nephary qui abutuntur ecclesia et ponunt illam in
periculo inflamatorum quia saltem deberet tollere
eucharistiam ¶ et ideo dico quod si est omnino necessarium
comburere ecclesiam et eucharistiam dico quod licet po
nere ignem; quia sicut de per accidens et sine inten
tione potest quis in bello intificere inocentes si aliter non
potest consequi victoriam ut quando mittunt bom
bardas in ciuitatem et intificiunt tam nocentes
quam inocentes; ita et de per accidens et non habita inten
tione conburendi eucharistiam licet ponere ignem
ecclesie dato quod comburatur eucharistia, ¶ 5m dubium

¶ 5.m Dubium e utrum clerici possint pugnare ad defensionem rerum suarum; Dico quod possunt clerici pugnare ad defensionem rerum suarum ecclesiasticarum in necessitate et nec e tunc timendum de irregularitate et non solum licet eis pugnare ad deffensionem rerum ecclesiasticarum in necessitate sed etiam laicarum et interficere dummodo sit necessitas, verum e quod Caiet. dicit quod clerici qui pugnant in bello etiam deffensivo sunt irregulares, tamen illud ego non puto verum ¶ Sed dominus ~~Caiet.~~ Silvester dicit quod clerici si pugnent in necessitate pro deffensione rerum suarum vel reipublice. quod non sunt irregulares et licet aliquando habebat quod Caietanus dicit tamen postea determinatum e in ecclesia quod ecclesiastici in necessitate possunt pugnare ad deffensionem et non incidunt in irregularitatem ¶ 2.° dicit Caiet. quod etiam in bello justo quod ad consequendam victoriam non licet clericis pugnare quando non e in deffensione ¶ et dicit Silvester quod etiam anti bellum licet exortari clericis ipsos millites ut quando fuerint in bello fortiter dimicent nec incidunt per hoc in irregularitatem; sed in actuali dimicatione non licet clericis exortari millites quia illud e interficere et tunc incidunt in irregularitatem sed quando sunt jam in pugna exortanti ipsos quia illud e tantum ac si diceret interfice ipsum quo cum ~~[illegible]~~ certas quod e clericis illatum ¶ 7.m dubium e utrum ipsis qui habent dominia temporalia ut episcopo qui e dominus Coloniae licet incidere bellum; Dico quod licet episcopis non licet bellare tamen licet incidere bellum ad deffensionem vel recuperationem rerum sui dominij temporalis ¶ 8 dubium e utrum laici qui interfuerunt bello et demicationibus possint recipi ad sacros ordines an ex eo quod interficere bello: sint inhabiles ad

et irregulares. ¶ Dico q per hoc q interfuerunt bello
si nō imposuerunt manus in aliquem per hoc non sunt i
rregulares. ¶ 2º dico q qui in bello justo fuerunt ad pug
nam posito q ipsi manu nullum interfecerunt licet alij inter fecerint dico q nō
sunt irregulares. ¶ 9m dubium sit utrum clericis in bello
justo liceat quid rapere? Dico q dato q militibus lice
at rapere in bello justo tn clericis nō licet rapere q solū
illis licet in bello rapere quando aliqua ciuitas data ē
in predam quibus data ē facultas pugnandi si cleri
cis nō ē data talis facultas sic nec alijs qui nō sumunt
stipendia. ¶ 10 dubium ē de confugentibus hostibus ad
ecclesiam utrum liceat illos extrahere et interficere dico q si ex ecclesia pugnant nō ē dū nisi q licet extrahere et interficere si
si solum illi confugiunt ad ecclesiam ad diffendendum
vitam suam tunc nō licet illos interficere qui videntur
q gaudeant priuilegijs ecclesie sic ut hostes intrinseci q
fugientes ad ecclesiam gaudent priuilegijs ecclesie nec interfi
ciunt q diu sunt in ecclesia nec extrahunt ut interfici
ant sic etiam nō licet interficere illos hostes qui solum
ad conseruandam vitam suam fugiunt ad ecclesiam dū intellige
modo postea non sint nobis futuri in nocumentum et im
pedimentum victorie consequende quia tunc si scimus
ex eis nobis prouenturum aliquod periculum licet extra
here illos et interficere. //

Articulus 3º

¶ Utrum sit licitum in bellis uti insidijs? Pri
dicendum ē ¶ Pro quo dubitatur circa id quod dicit non
seruare promissum semper ē illicitum utrum si hostes
egerunt aliqua pacta nobiscum quod etiam

frangunt ipi unam conditionem pacti utrum licet nobis
absoluere nos ab omnibus alijs, et nullam aliorum obseruare,
ex eo quod ipi inceperunt transgredi illas. Dico quod non est dicendum
nisi quod si unam conditionem pacti illi frangunt nos postea
nullam tenemur obseruare, sed procedere illis perpetratis
tanquam si nullum esset Pactum dummodo rationabiliter fiat
ne Queramus occasiones absoluendi nos a pactis ¶ 2º
dicendum est utrum sit seruanda fides hostibus quando
vergat in detrimentum reipublicae. Dico quod seruanda est
fides proximo quamquam vergat in aliquod detrimentum reip.
Quia si deti hoc quod possit esse pax inter nos et hostes ~~quia~~ liceat hostibus frangere fidem et non seruare fidem illis nunquam
Quia si rex francorum caperetur captiuus si putamus quod non
obseruare teneretur fidem nunquam laxaremus eum quod est
inconueniens ita sequeretur magna inconuenientia quod non
obseruaretur fides hostibus et ideo etiam cum detrimento reip.
obseruanda est fides hostibus, ¶ 2º dico quod si est magnum de
trimentum reipublicae non est seruanda fides hostibus. nam si
Galli caperent regem hispaniae ne vellent eum laxare ni
si pacisceretur Quod daret quandam eximiam quantitatem et
Cum tali pacto dimitterent illum ad nos si postea vide
mus quod si illud pactum adimpleatur destruitur ferme totum
regnum hispaniae non teneretur ~~tunc rex~~ obseruare fi
dem illis cum tam magna iactura regni nec illi debent
velle portionem regni ¶ sed dubitatur utrum teneatur
quis seruare Pacta comissa timore cadente in constantem
virum ut quando rex Galliae captus est ab hispanis cap
tiuus utrum teneatur seruare ~~[illegible]~~ pacta timore caden
te in constantem virum facta × Quia ro. Quare aliquando
non tenetur obseruare pacta quis timore cadente in cons

dico quod tenetur seruare pacta quae egit timore cadente in constantem virum

constantem virum dicta e a nobis in ma de matrimo
q si quis cogit ad matrimonium tunc si intificatur
ducit uxorem illam quam sibi per minas mortis coniu
gunt no tenet matrimonium quia fit sibi injuria mi
nando sibi mortem. Si si talis jure optimo interficiendus
erat a judice. Et si ducat aliquam in uxorem promi
ttunt ei vitam tunc si ducat eam in uxorem tz ma
trimonium quia tunc nulla fiebat ei injuria minan
do sibi mortem si non duceret eam in uxorem quia
jure optimo debebat mori, ita dico q si aliquis fecit
pactum timore cadente in constantem virum postq
captus e in bello quia nulla fit injuria ei tunc cogendo
eu ad illud pactum io teneti facere illud pactum tunc seruare
etiam si egerit illud timore cadente in constantem vi
rum cum fuerit captus in justo bello nec fit sibi inju
ria tunc per minas ipm cogendo ad pacisciendum.

Articulus 4°

¶ An in Diebus festiuis liceat bellare. Prima
Conclu° q cum necessitate pot pugnare in die festo.
2a Conclu° q sine necessitate non licet pugnare in die
festo, ¶ Sed dubitati utrum pugnare ex cassum nece
ssitatis in die ~~bello~~ festo sit peccatum mortale; dicit ca
ietanus q non e nisi veniale quia pugnare non e
opus seruile //

## Questio 41a de Rixa

¶ Articulus 1° ¶ differa e inter contentionem rixam et
Quia contentio e in verbis ut ait paulus nolli conten
dere verbis, si rixa in factis et ista e prima conclu°

¶ Q. rixa semper e peccatum, Q. facit contra charitate 2a conclo in inuadente semp e peccatu mortale
¶ 3a Conclu. q in eo qui se deffendit etiam repercutiendo
alium pot ee sine peccato et pot ee veniale et pot ee
mortale. ¶ et in isto articulo nihil e disputandum solu
intelligendum; ¶ Quare dicit q in eo qui inuadit e peccatum
mortale? de deffendente aut dicit q si sit ius vendica
di ex leui motu e peccatum veniale et si ex magno mo
tale, vr q etiam deberet distinguere de inuadente
qui ex leui motu percutit puerum. et ex subito motu
tunc non sit peccatum mortale. et etiam si e parua lesio
non vr q sit peccatum mortale. vt Quando vnus fr
alium a crinibus sumit ibi non vr ee peccatum mortale
Quia ibi obest odium Dico q verum e Q non e negan
dum etiam de inuadente quando possit ee peccatum mortale
veniale quando s. facit animo no deliberato vel quo
e parua lesio; nec dicit doctor q in inuadente semper e
mortale sz Quando iniuste et inordinate inuadit cum
magno motu et ita fres etiam hentes vsum rationis non
Peccant mortaliter et doctor non distinguit de inuadente
sicut de deffendente Quia non occurrunt toties subiecti
subiti motus in inuadente sicut in deffendente quia ipe
inuadens lz tempus ad deffendendum liberandum sz quia
dicit de deffendente q e veniale si lesio no sit grauis
Quia quando lesio e grauis e peccatum mortale; ¶ e
Notandum Q aliquando lz lesio non sit grauis ex
parte detrimenti corporalis vt quando dat alapa
tn si e vir honoratus quia fit lesio grauis in honore lo
e peccatum mortale dare alapam viro graui et appellare

cum mendacem si sit vir honestus et hens partem reputationis in republica lz inti rudes et rusticos non eet mortale dare alapam vel dicere mentiris ¶ Sed de percutientibus hentes primam tonsuram qz dicit Q sunt excoicati illud intelligendum e Quando lesio e grauis vt quando e peccatum mortale quia nunqz pot aliquis incidere in excoicationem nisi rone peccati mortalis; et io pueri et famuli parue conditionis etiam si percutiant se inuicem hentes coronam et extrahant sanguinem no reputanti excoicati quia non e mortale; ¶ Similiter de socijs scholasticis qui bene sibi vellunt in rixanti aliquando extrahunt sanguinem percutiendo se inuicem ibi Qz abest odium ~~etiam~~ solum e ira et non e mortale //

¶ Articulus 2º An rixa sit filia ire, ex istis inferti corrolarium qz ille qui inuaditi het facultatem ad deffensionem sui; Pro quo e notandum sicut in precidenti qz lesio non solum dicit grauis qz nimis nocet in corpore sz etiam quia nimis detrahit in fama lz parum in corpore ita Dico qz ille qui inuaditi no solum pot deffendere corpus sz etiam famam et pot percutere illum qui pergit ad detrahendum famam eius sicut si pergeret ad percutiendum eum quia sicut pot deffendere se ille qui inuaditi a lesione corporis ita pot etiam armis deffendere se ne ledati in fama / hoc dico quando sumus in actuali conflictu quia si vult dehonorare me et no possum deffendere honorem meum aliti possum dare Colaphum vel vna

cuchillada et hoc credo ee verum et licet mihi vole
ti rapere pallium infligere vulnus in ipo actu et ro postea
ita etiam ad deffendendum honorem lz //

## Quio 42 de seditione opposita paci //

¶ Artiº 1º. Utrum seditio sit spiale peccatum?
Conº e affirmativa, sciendum e q quando dicit q seditio
e spiale peccatum vult dicere q e unum peccatum distinc
tum ab omnibus alijs peccatis q non vocantur seditio sz hent
Alia nomina neq e curandum an seditio sit ejusdem spei
cum bello vel cum alio peccato quia quando dicimus q e
spiale peccatum nolumus dicere q est una spes sz sicut mo
diximus distinguitur seditio a bello, et rixa quia rixa dr
inter duos vel 3es, seditio vero inter plures unius reip.
et sicut e peccatum //

¶ Articulus 2º. Utrum seditio sit mortale peccatum?
Conº e affirmativa q seditio ex suo genere e peccatum mortale
Qz seditiosus facit injuriam alijs et e contra charitate
sz dupliciter, pot dici ee mortale uno mo in ijs qui sunt
capita factionum, 2º etiam en los allegados quia e el prin
cipal pariente o de aquel linaje vel quia es de los be
lascos in eis e mortale, ultra etiam e notandum q qui
deffendunt se in istis seditionibus non peccant si hoc e
verum q seditio semper e peccatum mortale et no solum
seditio e actualis pugna sz preparatio, vt q illi qui het
vandos semper sunt seditiosi et in peccato mortali,
Qz semper sunt parati ad pugnam. ¶ in contrarium
e quia ipi confitentur et censentur xpiani ut isti de truxillo

& vizcaya. Dico q timendum q forsan semper sunt
tales in peccato mortali nec tales faciunt opera xpianorum
& fere semper damnanti. Tales qui hent vandos,
tn non credatis q isti solum propter seditionem & scii
tionem eunt ad inferum quia hent multa alia peccata
immo re vera tales non sunt xpiani quia semper vo
lunt malum proximi & multis nocent & fugiunt pacem
& ideo non e mirum si damnenti quia semper impediunt
bonum proximi alterius & multis nocent alterius factio
nis. ¶ 2o dico q si per illos stat q non componatur pax
& separetur seditio no e dubium nisi q semper sunt
in peccato mortali & huiusmodi sunt capita q nolunt
aufferre seditiones quas pars contraria vellet tollere
& abolere omnino & huiusmodi semper sunt in peccato
mortali qui propter honorem volunt semper ee in sedi
tionem etiam si nollent malum alteri factioni, si volunt
heri seditionem ut heant honorem afferendi secum tot
homines & millites. Tales semper sunt in mortali ¶ 3o
Dico q illi qui sunt seditiosi tamen sunt parati ad pace
& vellent ut auferantur seditiones ab eis tn quia co
trarij nolunt ipi quoq perseuerant in pugna & exeunt
ad deffendum suos. Dico q tales non peccant deffende
do suos nec optando mortem contrarijs qui nolunt con
ciliare pacem ut diximus q si quis querit intificare
me posunt posum illi desiderare mortem si aliter non
possum me deffendere posum optare ei mortem ¶ in 2i
argumenti solutione unum bonum dicendum si quida
tiranizauit ciuitatem. & aliqui insurgunt ad tolle

ad tollendum tiranum Alij ad deffendendum an lz facere talis seditionem ¶ Dicit doctor quod licet tollere tiranum & concitando seditionem in populo tn si e maius malum talis seditio in populo quam tiranus oportet potius permittere talem tiranum in populo degere quam seditionem quia maius malum e concitare tn ad tollendum maius malum ut dixi bene licet concitare seditionem in populo ut dicit Paulus concitauit seditionem inter saduceos & phariseos ut ipse ~~salutus~~ saulus euaderet sed quomodo & cui & quo licet intificere tiranum? Dicemus in ma de homicidio Quia e difficultas etiam in Concilijs iactata, quod diximus de urbe ibi e tiranus Dicendum e de urbe ubi sunt heretici Quia si per hoc quod morientur 100. aut 1000. expellentur tandem heretici licitum erit predicare & mouendo talem seditionem als no

## Questio 43 de scandalo

¶ Articulus 1º utrum scandalum Recte diffinitur sicut e dictum vel factum minus rectum prebens alteri occasionem ruine, Conclusio e affirmatiua El tropieco se llama scandalo, //

¶ Artis 2º utrum scandalum semper sit peccatum, Ponit distinctionem & postea Ret, scandalum e 2r quodam e actiuum Quodam e illud Quod prouocat aliquis alicui ad peccandum & tale scandalum semper e peccatum in eo qui scandalizat ¶ Aliud e scandalum passiuum e quo aliquis ex exemplo alterius incidit in peccatum

¶ Articulus 3º An peccatum scandali sit peccatum spiale // Ponit doctor distinctionem precedentem

de scandalo actiuo et passiuo et dicit quod scandalum
passiuum non est spirale peccatum, ut si aliquis exemplo
Alterius peccat frangendo Jejunium ibi solum est pecca
tum intemperantie. Sed de scandalo actiuo dicit quod aliquo
capite de per accidens, ut quando aliquis non intendit
ruinam proximi ex suo peccato causare et qui frangit
Jejunium et alios scandalizat tamen non intendebat
alios scandalizare et tunc scandalum non est peccatum
spirale sed solum est ibi peccatum intemperantie. aliquando
autem scandalum sumitur de per se, ut quando aliquis
ex suo peccato intendit ruinam alicuius, ut quando aliquis
facit quod alius cenet die Jeiunij cenando ex intentione ut
alius cenet et tunc est duplex peccatum si tamen non per
se intendit sunt duo peccata si alius prouocet sed est cir
cunstantia aggrauans sed quando intendit est duplex
peccatum patet quia qui furati ut alius furetur facit fur
tum et etiam facit contra correctionem fraternam quia
procurat peccatum quod est ex odio ¶ Sed circa totam
istam materiam oportet scire quod tota difficultas est de scandalo
actiuo quia scandalum passiuum non est spirale peccatum
sed solum est illud peccatum quod fit tunc et non aliud
¶ 2o notandum quod scandalum actiuum est actus ordinatus
ad inducendum et prouocandum proximum suum ad
peccatum sed quia in isto 3o ar. dicit quod scandalum acti
uum non est spirale peccatum nisi quando talis intendit
prouocare alium ad peccatum ¶ Dubitati circa
hoc quia videtur quod tale peccatum quo aliquis intendit
prouocare proximum ad peccandum non repercutit in homine

sed in demonibus solum quia nullus e homo qui velle videatur ut alius peccet, // Dico q non e dicendum nisi q aliquis pot ex intentione inducere aliquem ad peccatum ex invidia et ut non heat sanctior illo et hoi e peccatum in spum sanctum s. invidentia fraterne gre qz ex ista mala intentione pot quis inducere alium ut peccet ¶ Alio modo ~~q [illegible] aliquis inducat aliquem ad peccandum ut si ego induco aliquem ad cenam in die Jejunij~~ tanqz ad malum dupliciter uno modo formaliter ut in casu posito et hoc rarum e ut si quis vellit alium inducere ad offensam dei quia e demon, Alio modo q mali inducat aliquis alium ad peccandum ut si ego induco aliquem ad cenandum in die Jejunij quia ego nollem ut peccaret tn propter societatem invito ad id quod scit ee peccatum et sic sepe contingit ut qui inducit puellam ad stupum nollet malum ejus spuale sz propter delectationem solicitat, sz utroq modo tam maliter qz formaliter e peccatum et scandalum // Sed adhuc de isto peccato scandali e dicendum quia etiam prohibemur inducere alios ad Peccandum ut paulus ad romanos 14o prohibemur fugere isto Peccato tanqz comune et contingens tn pauci inducunt aliquem ad id quod sciunt ee peccatum //

¶ Articulus 4o utrum scandalum sit Peccatum mortale. Ponit 2uas conclues de passivo et duas de activo, Prima conclo q scandalum passivum aliqu pot ee veniale // 2a conclo q si per accidens alius inducatur ex facto alicujus e veniale si aliud quod ipe

× pot intelligi q aliquis intendat aliu inducere ad peccandu

facit e veniale; ¶ 3ª conclu° q si intendat adduce
re alium ad veniale erit veniale 4ª Conclu° si ad
mortale erit mortale ¶ Dicemus q scandalum no solu
e quando aliquis intendit inducere alium ad peccandu
sz etiam quando maliti inducit e Peccatum scandalum
per se et propria spes peccati ut si aliquis Jeiunium fra
geret ex Contempto vel alio modo scandalo alium
inducat ad peccandum lz non intendat eum inducere ad
peccatum Dico q aliud peccatum quod iste scandaliza
do committit e peccatum nouum preter intemperantie
Peccatum, et quia nale hoc vr q non sit illud de quo
toties admonemur in scriptura maxime in nouo testamen
to. et vr q scriptura loquitur Quando ex intentione
unus mouet alium vel quando materialiter unus pro
vocat alium ad illum actum nihil cogitans an illud sit
Peccatum sz de eo quando s. ex facto meo sine hoc q
ego traham eum vel inuitem solum per hoc q videt
me peccare moueti ipe ad peccandum et de isto vl°
videtur dum taxat loqui scriptura, multa sunt loca
in nouo testamento ubi admonemur cauere scanda
lum et in eplis 1 ad romanos 14 Paulus quis scie
bat q licitum erat in lege euangelica Comedere carnes
suillas et alia prohibita in lege moysi. tamen aliquo no
comedebat ne Judeos scandalizaret ita q si tunc ali
quis comedisset Carnes suinas coram infirmasset recenti
Conuersus a Judaysmo Comedisset contra Consciam
et cum Peccato quia Judei videntes paulum come

Comedentem tales carnes comedissent contra conscie
tiam quia putarent q̄ agerent contra legem moysi, et
¶ 2° dicerent q̄ xpiani eent illusores qz nō seruarent
legem moysi et ideo videntes q̄ xpiani omnino relinquerent
legem moysi ipi quoq; retrocederent a lege euangelica
dicentes isti xpiani sunt impositores relinquunt legem moy
si relinquamus nos et suam, et etiam licet erat licitum
etiam in initio nascentis ecclie immolata idolis commedere
tn quia Judei hoc abominanti ideo qui coram nouiti conuersis
manducasset contra consciam ageret nō erat licitum in
initio nascentis ecclie commedere immolata ydolis ne Judei
scandalizenti nouiti conuersi ad fidem. 2° ne Gentiles
putarent suos vt contra bonos ee et a xpianis appro
bari, et ideo dicit paulus ad romanos 14° caue ne prop
ter scandalum perdas opus dei item 1e ad Corinthios
8° si scandalizatus fuerit in me frater meus nō comedam
carnes in eternum et dominus in euangelio necesse est vt
scandala veniant vt aut hoi etc et mathei 18 et
luce 17 qui scandalizauerit vnum de pusillis istis etc.
Item de didragma mathei. 17 dicit vt nō scandalize
mus eos vade ad mare, etc. item mathei 18 si occu
lus tuus scandalizauerit unde vt loqui etiam de facto
alius et preter intentionem scandalizat ¶ et ideo dubitati
quando aliquis facto suo malo vel hente spem mali
preter intentionem scandalizat alios ducendo ad occasio
nem ita q̄ si iste het concubinam et tn nollet q̄ alius
heret tn exemplo eius filij quoq; eius hent concubinas
licet ipe nollet vtrum tunc preter peccatum intemperantie

Quod comittit aliud spiale peccatum comittat, et
vt q non ex verbis s. thom. ar. 3. in corpore vbi
dicit q illud fit taliter prouocare alios no spiale pecca
tum quia illud e de per accidens. lz ex ea circustan
aggraueti, idem in 4o d. 38. ar. 2o q. 2a. expresse
dicit Q scandalum quo preter intentionem aliquis
inducit alium no e spiale peccatum sz e circunstantia
aggrauans peccatum ¶ in contrarium e quia hic s. thom.
arti. 1o ad 4m argumentu dicit q dictum vel factum al
terius pot ee alicui dupliciter ca peccati vno modo per se
s. quando peccato suo alium intendit inducere ad peccandum
vel etiam et hoc e notandum non solum quando intendit in
ducere sz quando peccatum quod agit publice e tale qd
e malum vel het spem mali et hoc non e inutile dicere
et scire maxime pro eis qui dicunt q quecunq circuns
tantia varians spem e confitenda ¶ nam pro tali opioe
quam aliqui s. thom imponunt opz scire quando scan
dalum mutat spem, circunstantia no opz q confiteati ¶
Caietanus in isto loco distinguit q 2r pot aliquis scan
dalizare alterum facto preter intentionem scandalizantis
Primo Quando aliquis agit aliquem actum qui als e
malum si per illum scandalizet non variat spem sz mam
sz mam in eadem spe licet e noua circunstantia vt qu
aliquis het concubinam et ex illo inducit alium
ad hendum concubinam quia here concubinam als
e malum et iste scandalizat alium tunc solum e
peccatum intemperantie lz sit circunstantia aggrauas
et hoc dicit s. thom. ar. 3o ad 3m ¶ Alio modo pot

vel no qz dicunt q si no mutat spem

pot aliquis inducere aliquem ad scandalum preter intentionem quando actus quo inducit als non e malus sed solum quia scandalizat tunc scandalum e spiale peccatum ut Cartusienses comedere carnes no e malum qz non obliganti ex aliquo precepto ad illud sz solum hent penam si comedant et tn si coram aliquo comederent et scandalizaret peccarent peccato scandali quod novam spem constituit et probatur q illud sit nova spes peccati quia illud e peccatum et non e peccatum intemperantie quia ille actus no e de se malus g e peccatum scandali Probati conia quia aliter sequeretur q eet peccatum et q non eet in aliqua spe, Caiet probat dictum suum ex s. thom. ar. 3. ad 3m. Silvesti verbo scandalum // 2º Dicit q aliquis frangendo Jejunium vel aliquem alium malum actum agendo et preter intentionem alium scandalizet dicit q ibi preter intemperantiam e novum peccatum scandalum s. et hoc tenet contra summam pissanam et contra Caietanum qui tz cum suma pissana id quod recitavimus tz tn Silvesti q si aliquis scandalizat Preter intentionem facto suo malo hente spem mali alium peccat duplici peccato et probat ex s. thom ar. 1. ad 4m. // sz dico q parum refert scire an scandalizare alios sit alia spes peccati q ille actus malus quo scandalizat quia saltem omnes isti doctores concedunt q illud peccatum quod comittit iste addita illa circunstantia scandali multo gravius e et plus q in duplo gravius q antea erat et io solum phisica scire an sit illa spes peccati nec ad aliquid deservit quia si dicatis q pro confessoribus et confitentibus dico q falsa e illa propo. Probati qui quod dicit q ille circunstantie q mutant spem sunt confitende et q solum ille illa regula e falsissima sz hoc unum scire debemus

Q. Circunstie que aggrauant peccatum siue mutent spem
siue non sunt confitende: et dico q. inducere alium ad pe
ccandum suo peccato etiam preter intentionem aggrauat pecca
etiam e confitenda illa Circunstantia et si no mutet spem
quia ut diximus in 4o Q. quecunq Circunstantia
aggrauans siue mutet siue no e confitenda ¶ Dico etiam
Q. opio siluestri e vera quia si aliquis etiam preter intentio
nem suo Peccato scandalizat alium et prouocat ad pec
candum peccat alia spe peccati preter intemperantie pecca
quod comisit Q. probo contra Caietanum quia si aliqs
videt clericum hentem concubinam et ex hoc inducitur ad
fornicandum Q. e famulus illius et dicit sicut herus
meus fornicatur ita ego possum furari Arguitur tunc
sic non ne clericus ille peccat tunc peccato furti Quia
e ca furti, g. actus eius e in duplici spe Item arguitur
etiam sic Quia etiam sm Caietanum in omnibus alis
peccatis si quis quantumcunq preter intentionem ex negli
faciat. gentia aliquod malum peccat ut si aliquis ex negligentia
interficiat hominem et preter intentionem e homicida et
si clericum e excoicatus quia non requiritur intentio formalis
ad hoc q. peccat in aliis peccatis g. similiter e de peccato
scandali contra Paluda. dicentem q. no e scandalum ni
si intendat formaliter scandalizare ¶ Arguitur sic ad
hominem quia dicit Caietanus q. si ego commedo
Carnes quia heo facultatem a Prelato et aliis secula
ris putans q. non heo facultatem dicit sic q. iste frangit
preceptum prelati comedendo Carnes sicut seculares,
ego igitur volo transgredi preceptum ecce et comede
dere carnes in quadragessima dicit Caietanus q. pecco

Peccato scandali si fiat tam mihi preceptum de non comedendo et etiam si inducam aliquem ad comedendum carnes in quadragesima quis diceret sicut dicit Caietanus quod per hoc quod est preceptum de non comedendo tolliti malicia illius actus quo primo erat peccatum scandali quod augeti sic sed quod tollatur nullus diceret. Dico quod si predicatorum frater vel carthusiensis comedendo carnes quia eas sibi comedere non est peccatum tamen scandalizat alios et etiam preter intentionem inducit alios ad peccandum et ad comedendum carnes tempore prohibito. Peccat uno peccato preter intemperantiam et hoc s. Thom. ar. 4 11. et sciendum est quod s. Thom. 1e 2e q. 19 ar. 6 7. dicit quod peccatum dupliciter est in aliqua specie uno modo formaliter. Alio modo materialiter dicit quod peccatum formaliter est in illa specie propter quem finem agit, ut si aliquis adulterat ut fureti ille potius est avarus vel fur quam adulter et secundum s. Thom. peccatum est in aliqua specie ut homo formaliter dicitur a forma. ita illud peccatum dicitur a fine et sicut formaliter est illud peccatum in specie furti. sed materialiter est in specie que non est intenta s. adulterij, nam licet talis non intendat delectationem tamen imputatur ei et sic dupliciter est aliquis actus in specie peccati formaliter in illo quod intendit materialiter in eo quod non intendit sed accidit. ita dico in proposito quod quando aliquis preter intentionem s. inducit aliquem ex suo concubitu ad peccandum ~~vel concubinatu~~ preter intentionem; Dicit s. Thom. quod non peccat novo peccato ego credo quidem formaliter quia si est intemperans p. 1. habet concubinam et est scandalum. alius est temperatus

uia formaliter
in ea specie
le formaliter,

formaliter, et materialiter scandalum, et imputati vere
ei scandalum, ut si fures occidant, ut furenti etiam si
nollunt occidere sunt vere homicidae, ita ille peccat pecc.
habenti duplicem maliciam; ¶ idem in 4° d. 18 q. 2 dicit
Q. hoc diximus in hoc loco. ¶ ex ista determinatio sequuntur
aliqua quae faciunt ad declarationem istius quod scandalum
non est ex obiecto sicut alia peccata sunt ex obiecto quia
furtum habet pro obiecto rem alienam et ideo dicitur furtum
scandalum non ex obiecto sed ex fine ~~et ita de furto est scan-~~
~~dalum non~~ habet esse peccatum quia adulterium potest esse scan-
dalum non ex obiecto sed ex fine et ita de furto est scan-
dalum non ex obiecto sed ex ~~furto~~ fine formaliter vel inter-
pretative ac ex intentione. ¶ 2° sequitur quod nullum scan-
dalum est scandalum de se quia de se potest esse talis actus
absque hoc quod sit scandalum ~~vel~~ ut si quis forniceti et ex
illo nullus scandalizeti sed ex fine vel ex intentione
sed adulterium de se est adulterium similiter alia peccata.
¶ 3° notandum quod alia peccata habent certos habitus a quibus
dicuntur ut furtum habet certum habitum a quo eliciti et
sic de aliis sed scandalum non habet quia aliquando furtum
oriti ex scandalo quando ex homicidio sed nihilominus
imperati ab odio quod opponitur Charitati a qua correc-
tio fraterna imperati cui opponitur scandalum. ¶ Du-
bitatur ex ista determinatione posita, ut sequitur quod qui-
cunque solicitat mulierem ad stuprum vel adulterium
vel fornicationem peccet duobus peccatis. et ut quod sic
in contrarium est. ¶ Quia nunquam de hoc aliquis confitetur
nisi solum de peccato intemperantiae quia si aliquis habuit

Coitum cum muliere non confitetur dicens quod trahendo
eam et habendo concubitum, sed solum de concubitu
et quoties concubuit ¶ Dico quod inducere alium ad peccandum
stat dupliciter vno modo extrinsice vt quando aliquis
frangendo ieiunium quadragesimale inducit alium ad
frangendum inducit extrinsice quia peccatum istius pot
esse sub peccato alterius, Alio modo pot quis induce
re alium ad peccandum intrinsice vt quando peccatum
istius non pot esse sub peccato alterius vt quando aliquis
vult fornicari et inducit puellam vt quod non possit peccare
vnus sine alio licet vt quod tunc non sit nisi noua species nec
noua malitia; Dico ergo quod quando aliquis inducit ad pec
candum feminam secum quia alias non erat parata ad pec
candum quia non est ita de illis que sunt parate ad illud
tunc de illa quia alias non erat parata dico quod ibi sunt due
malitie licet sint vnum peccatum et quia illa circunstantia
est nimis aggrauans tenetur iste confiteri quia plus pe
ccauit iste inducendo puellam non paratam quam committendo
stuprum; et quando dicis non confitenti nego immo pro
uidus confessor petit si induxit puellam non paratam
quia grauius multo peccatum est ¶ 3° quia diximus quod
si aliquis inducit alium ad peccandum preter intentionem
actu quia alias non est malus sed habet spem mali ¶ dubium
est quis actus habet spem mali? Dicendum quod ille qui vt ma
lus ab hominibus et reuera non est malus heretici scanda
lizanti quia fratres non ducunt vxores et ieiunant ipsi
An tales actus dicanti habere spem mali ¶ S. Thom. ad
Romanos ad romanos 14° respondet ad hoc dicendum est

Q ille actus dicitur habere speciem mali licet alias non sit malus
qui scandalizat et apparet malus infirmis qui sunt
intra ecclesiam et qui apparet malus illis qui sunt extra
ecclesiam et sunt indurati et obstinati quia si ego Jesu
no et hoc apparet malum alicui qui est induratus cum
nulla circumstantia mali sit ibi ille actus non dicitur ha
bere speciem mali quia sunt aliqui etiam intra ecclesiam
tam mali qui ex malicia sua dicunt statim esse hypocri
tam quem vident bene agere. ¶ Dubitatur utrum
si aliquis vult agere aliquod opus consilij ut ingre
di relligionem vel aliquod opus quod omittere non
esset sibi peccatum tamen vult agere illud et ego dico
non facias quia satis est quod aliter servias deo extra relligio
nem vel alia opera minora facias utrum sit peccatum
scandali. Videtur quod sic dico quod si est peccatum illud face
re est peccatum scandali ¶ Dico 2o quod aliquando re
uocare aliquem a maiori bono ad minus etiam non est
peccatum ut si aliquis orat per 4or horas et ego di
co sufficiunt tibi duae horae et in alijs duabus studeas
licet melius fuisset specialiter perseuerare per 4or horas
tunc non peccat si faciat aliquando rationabili motiuo
reuocando ipsum ab illo opere patet hoc quia ille non peccat
omittendo illud opus consilij ergo reuocans illum ab illo
opere motiuo bono non peccat ¶ 3o dico quod si aliquis fa
ciat dolo vel rationabili motiuo ut prouocet alium a per
fectiori opere ut scilicet non ingrediatur relligionem peccat ut
si aliquis quia odio habet relligiosos dicit alicui quod non in
